

tribuat libertatem emanantem ex dicta l. creditoris arbitrio, dum favore tertii magis urgere videtur dicta æquitas, ac ratio inanis circuitus.

Verum quidquid sit de his (quæ ita obiter, ac discursivè insinuantur, ad delendum bona exinde argumentum à fortiiori juxta vulgare Autem. multo magis etc.) Advertendum quod in neutro dictorum casuum versabamur, sed in tertio supra exemplificato, quod scilicet, non ageretur de bonis debitoris, neque intraret distinctio inter hypothecam generalem, vel specialem, dum juris communis dispositione attenditur, neutra aderat in bonis, quæ per utramque partem respectivè possidebantur jure proprio independentè à debitoris, quorum jus per eorum mortem revolutum fuerat; Sed versabamur in remedio extraordinario, quod ex Principis suprema auctoritate, creditoribus conceditur; Ideoque cum bona essent ejusdem nature, pariformiter scilicet de jure exempta à debitis contractis per debitorem, atque pariformiter illis subiecta ex bulla Baronum, ita intrabat æquitas resultans, si non ex dispositione, saltem ex ratione textus in dicta l. 2. Cod. de pignori. Vel melius ex æquativa ratione inanis circuitus, ut bene in dictis proximis terminis Auth. res que, ponderat per Rotam dec. 242. nu. fin. par. 10. rec. repetit apud Bichium dec. 366. ubi in specie quod creditori agenti ad aliqua bona fideicommissi possessor obijcere, de alio ejus credito æque privilegio anteriori, dum alia bona pariter affecta longè majoris valoris in manibus habeat.

Hic autem videatur casus præcisus, quoniam ubi reus, & possessor (qui etiam creditor eorumdem Ducum Alexandri, & Martii erat) pati cogereur executionem, ac subhabitatione castrosum ab ipso possessorem, tunc in vim mandatorum, quæ ipse quoque habeat, exequi potuisset super ipso palatio; Hinc propterea, si (ex. gr.) mulier, quæ pro dote ex beneficio dictæ Auth. possideat partem fideicommissi, admittenda non videtur ad exercendum dictum remedium contra fideicommissarium, vel alium possessorem, cui regressus competere ad ea bona, quæ ipsa habet, ex dicta clara ratione circuitus inanis.

Atque hinc dicebam, extraneam videri à casu controversiæ supra insinuatam quæstionem, an scilicet bulla Baronum, aliquod jus tribuat creditoribus, atque operetur ut nunc, vel ut tunc; Tum quia ubi etiam intraret opinio, ut operaretur ut tunc, atque creditori jus quæreretur ab initio, neque intrabat conclusio deducta ex dicta l. 2. dum non aderat hypotheca specialis contra distincta à generali, & consequenter disputatio remanebat extra propositum, Tum etiam quia idem jus ex tunc acquisitum auctoris in casibus, ita acquisitum quoque erat auctoribus rei conventi in palatio, unde propterea effectus erat idem, semper tamen retentis terminis dicti remedii extraordinarii, de quo in tertio casu supra exemplificato; Adhuc tamen revolutio non prodit super hoc puncto.

Cæterum quatenus pertinet ad dictum punctum, an bulla Baronum operetur, ut nunc, vel ut tunc; Quo magis post editum primum librum de feudis, ubi de hoc puncto, ac de tota hujus bullæ materia agitur, aliarum controversiarum occasione, ad illum reflectere occasio dedit; Eo magis ex rationibus ibi deductis, quæ solidè videntur, in hac opinione me confirmavi.

Quamvis enim plerisque (pro consueto inepto stylo attendendi decisiones, ac auctoritates in littera) contrarium videretur ob supra insinuatam decisionem editam in Romana contributionis, de qua d. disc. 89. de feud. Attamen mihi in ea causa scribenti, (atque inventori, ac promotori) motivi, quod bulla reducebat fideicommissa ad primæva tempora, in quibus erant ante Augustum, (v) vim est fundamentum contemptibile; Illud enim bene intrat in eo casu, ac ad effectum, de quo ibi agitur, pro contributione scilicet debitorum contractorum per possessorem fideicommissarium, atque ad tollendam differentiam inter fideicommissa ascendendum, & transversalium; Et tamen etiam in eo casu (jam concordato) fortè in apicibus, non deesset difficultas juxta observationes ad eundem disc. 89. in Supplemento; Secus autem ad hunc effectum, quoniam, ut in eadem materia pluries advertitur,

19 bulla non tollit fideicommissa, quinimo potius in genere illa confirmat, dum mandat, ut alia bona libera Baronis subrogari debeant, pro fideicommissi reintegracione; Si vero pro eadem fieri debeat multiplicum cum exuberanti pretio bonorum venditorum; Ergo non tollit fideicommissa, neque facit bona simpliciter libera, sed solum dat

potestatem huic Magistratui, ut pro opportunitate, ac arbitrio, eis derogare valeat, eorumque impedimentum tollere, ut locis citatis.

In proposito autem dispositionis text. in dicta l. 2. Cod. de pignori. ut scilicet, prius excuti debeant bona specialiter hypothecata, ad effectum, ut actio competat ad alia bona quæ sub generali hypotheca cadunt; Quamvis regula sit certa utpotè fundata in jure litterali, cum quo transeunt commaniter DD. relati per Surd. dec. 44. Franch. dec. 5. ubi Adden. præsertim omnium novissimus de Luca, Fab. de Ann. cons. 93. latè Pratus observ. 29. Rota apud Merlin. dec. 28. repet. dec. 431. n. 1. par. 5. rec. ubi n. 2. pluribus relatis habetur, ut id procedat etiam si creditum sit ex causa dotis, quod etiam firmatur apud Bichium dec. 366. nu. fin.

Attamen ob tot limitationes, quibus eadem regula subiacet, ea remanere videtur idealis, eamque à Palatiis exulare advertit Fontanelle. de pacti. claus. 4. glof. 17. p. 1. n. 86. quoniam ut patet ex allegatis, & præsertim Prati. dicta observ. 29. (ubi ferè univerfaliter materiam resumere curat) Merlin. de pign. lib. 4. qu. 21. & Andreol. contr. 256. multas patitur limitationes; Vel quia ferè pro stylo tanquam clausula apponi solita, adijciatur illa, ut specialitas generalis non deroget; Vel quia accedat obligatio cameralis, quæ hunc effectum operatur ex supra deductis; Vel procedatur inter mercatores; Vel quia leges particulares loci disponant, ut procedi debeat de bono, & æquo, cum similibus relatis apud allegatos; & quibus patet, ut in singulis dictis limitationibus, pro consueto stylo, non modica opinio veritas dignoscatur; Neque desunt, qui juramento etiam hanc operationem tribuant, qua limitacione attenditur, ubi recipienda sit, verè idealis remaneret regula, cum vix detur contractus, in quo adijciatur hypotheca, omittitur juramentum.

Verum ubi cessante aliqua ex dictis limitationibus, intraret regula, adhuc receptum videtur, eam introduciam esse favore aliorum creditorum, ex eadem ratione superius ponderatæ æquitatis, ideoque illum non posse allegari per ipsum debitorum, vel ejus successorem, five sit universalis, five particularis, qui lucrativam causam foveat, atque ab eodem debitore omne suum jus metatur, advertunt Ricc. ad Pranch. dicta dec. 5. Fab. de Ann. dicto cons. 93. n. 21. & alii plures ex allegatis, ut præsertim in donatorio, five in legatario dicendum venit, cum præsertim legatarius, defuncti creditor dici non possit.

Atque revera, in meæ diurnæ forensis vitæ cursu, hanc regulam idealem expertus sum, cum nunquam occasio dederit id particulariter disputare in Rota, vel alio Tribunali, unde propterea maturè potuerit examinari singulæ dictæ limitationes, & quænam opinio ex dissidentibus respectivè sit verior, adeo ut maturum iudicium pro veritate desuper efformari potuerit; Ad materiam autem reflectendo sic in abstracto, mihi videtur, quod in hoc præsertim dignoscatur nostra consuetæ legalicæ ineptiæ examinandi hujusmodi limitationes, cum generalitatibus, vel cum legum intellectibus, five cum aliquorum antiquorum sensibus, ad diversos fines pro casuum varietate apertis, cum verius videatur, ut ista sit nuda questio voluntatis, ideoque facti potius quam juris, quid scilicet ex ipsis individuè facti qualitate, & circumstantiis conitet verisimiliter à contrahentibus voluit esse, attendendo potius substantiam veritatis, quam formulas verborum, quæ frequentius à Notariis formulariis prodeunt, ignorando quid dicant; Ac etiam potissimum attendendo styllum Tribunalium, five usum regionis; Et super omnia indagando, an urgeat æquitas, de qua supra ad materiam text. in l. creditoris arbitrio; Unde propterea ea, quæ superius ad materiam dicti textus ponderantur, ad id quoque nimium conferre videtur, & consequenter, ut certa, & determinata regula generalis cuiuscumque casui applicabilis desuper tradi non valeat, sed pro singularium casuum circumstantiis, decisio, ex prudenti beneque regulato iudicis arbitrio sequi debeat

ANNOT. AD DISC. CXXVI. & CXXVII.

Circa ea que concernunt Bullam Baronum habetur in sua sede sub tit. de feud. disc. 73. & segg. & in annot. ibid. videntur; De electione autem creditoris circa variationem bonorum, ac respectivè actionis, seu iudicii habetur sub tit. de iudic. disc. 15. 40. Et an creditor privilegiatus debeat agere ad bona, ad quæ alii creditores non habent actionem. Vide sub tit. de Dote disc. 87. 145. & 188.

VITERBIEN. DONATIONIS PRO CUM. LAURENTIO DE MARSCIANO CUM COM. ELEONORA SORORE.

Causa disputata coram A. C. resolutus pro Laurentio.

An creditor posterior non privilegiatus, repellat anteriorem privilegium agentem super bonis liberis, ut ejus jura experiatur super bonis differentibus, ad quæ ipse habeat jus agendi, quod aliis non competit, ut omnibus ita consultum sit; Et de aliis quibus ad materiam Bullæ Baronum.

S U M M A R I U M.

- 1 Adh. fertes.
2 Bulla Baronum non suffragatur donatorio.
3 Creditor privilegiatus debet agere ad bona, ad quæ alii creditores non habent actionem.
4 Idem de creditoribus cum assensu suæ feudis.
5 Quod Bulla Baronum faciat libera bona fideicommissaria.
6 Ad regulam textus in l. creditoris arbitrio etc.
7 De privilegio hereditatis beneficiati sibi approbandi bona pro ejus creditis.
8 De Bulla archiepiscopi moderatoria Bullæ Baronum.
9 Revertitur conclusio, de qua num. 3.
10 Bulla Baronum, an favorabilis, vel odiosa.
11 Declaratur conclusio, de qua num. 4.
12 Quando stylus alterius Tribunalis attendatur.
13 De reintegracione fideicommissi ordinata per bullam Baronum, & de conclusione, de qua num. 5.
14 De eadem conclusione, de qua n. 5.
15 Bulla prædicta introducta est in gratiam creditorum, qui non possunt in vitiæ ea uti, & de ratione etc.

D I S C. CXXVII.

Agente Eleonora ad quedam bona libera, indifferenter à Alexandri patris pro consecutione summæ ab eodem ultra dotem sibi donatæ, excipiebatur Laurentius frater, ac possessor de pluribus creditis anterioribus contra eundem patrem in summa scutorum 32. m. pro debitis maternis, aliisque causis; Cumque idem Comes ex fideicommissis majorum, ac aliis independentè à patre possideret aliqua hæcra, præsertim illud Guardæ, ejus pluries mentio habetur (sub tit. de Regal. disc. 146. & sub altero de servit. disc. 36. Hinc proinde actrix replicabat, quod cum ipse Reus satisfieri super dictis causis, ad quæ (fideicommissis non obstantibus,) actionem habebat ex Bulla Baronum omnibus fideicommissis derogante, dum dicta bulla ipsi actricis suffragari non poterat, utpotè creditrici ex causa merè voluntaria, & lucrativa ex deductis sub tit. de feud. ad materiam dictæ bullæ disc. 94. idcirco debere ibi satisfieri, ac relinquere bona libera ad commodum aliorum creditorum non privilegiorum, ut in omnibus remaneret consultum ex regula, seu axiomate, quod uni non nocet, etc. alteri prodest etc.

Ad id autem probandum, Scribentes pro dicta actrice deducebant; Primò auctoritatem Molin. de primog. lib. 4. cap. 7. ex n. 17. & Salgad. lib. 1. cap. 9. n. 69. quod scilicet ille, qui agere potest ad bona privilegiata, utpotè fideicommissi, vel majorata subiecta, non debeat ejus actiones exercere super bonis liberis, ac indifferenter, in quibus alii creditores non privilegiati actionem habent.

Secundò deducebant ea, quæ cæteris relatis habentur apud Marin. resol. 58. n. 12. lib. 2. ut creditores habentes assensum, cuius vigore agere possunt ad bona feudalia, debeant super eis eorum credita, & jura experiiri relinquendo libera, & allodialia ad commodum non habentium assensum, quamvis posteriorem, ut omnibus consultum sit. Tertio deducebant decisiones insinuatæ disc. præcedenti, de quarum casu agitur sub tit. de feudis disc. 89. ut castra & bona fideicommissaria, in Baronibus tanquam per remotiorem fideicommissorum, ex quæta sint allodialibus perinde, ac si essent de libero Baronis debitoris patrimonio, & consequenter quod dictus Laurentius, qui erat hæres beneficiatus Alexandri patris, in redditione rationum bonorum hereditariorum, sine qua ex juribus propriis anterioribus factum auctoris impugnare non poterat, non possit castra fideicommissaria detrahere tanquam præcipua.

His tamen non obstantibus, (etiam in sensu veritatis,) dicebam improbabilem esse actricis præsentionem, atque justitiam assiliter Laurentio, pro quo scribebam, ut etiam Judex agnovit; Fundata etenim erat ejus intentio, (etiam ubi esset actor) eligendi pro ejus arbitrio bona debitoris, super quibus deberet satisfieri juxta regulam textus in l. creditoris arbitrio, ff. de distracti. pign. de qua habetur actum disc. præced. Potissimè dum creuita vallet erat obligacione camerali continente sub se clausulam Ita quod specialitas etc. atque faciente cessare dictæ regulæ limitationem resultantem ab alio textu in l. 2. C. de pign. ut eodem disc. præced. Multò verò magis, dum ipse erat possessore ex titulo hæreditatis cum beneficio legis, & inventarii, cui conceditur privilegium eligendi, sibi que appropriandi pro ejus creditis bona magis placita, ex iis, quæ habentur in sua materia sub tit. de hæred.

Et quamvis sub quæstione sit, an id fieri possit ex solo jure imaginariæ solutionis, & cum privata auctoritate, vel requiratur factum Judicis mediante deputatione curatoris, aliisque servatis de jure servandis, ut verius esse firma vit pluries Rota moderna, ex deductis dicto tit. de Hæred; Attamen id percutit effectum formalis, ac perfectæ translationis domini cum actu irretactibili, non tamen tollit dictam imaginariam privilegiam solutionem sibi ipsi ad alios effectus, puta, fructuum mediæ temporis pro credito quamvis pecuniario, ac aliis infructifero juxta ibi deductas declarationes, aliisque effectibus, ut patet ex ibi deductis, ideoque magis de plano dicebam, ut istum effectum operari deberet.

Respondendo autem ad dicta tria fundamenta in contrarium deducta, pro omnibus uno verbo folvitur; Cum procederet retento præsupposito, quod intraret bulla Baronum tollens fideicommissa; Hinc corruerant mature facte ex dicto præsupposito cessante, ob sequutam archivacionem ad formam Constitutionis 117. Urbani VIII. moderatoriæ dictæ bullæ Baronum ex particulariter deductis ad materiam hujus bullæ moderatoriæ, quæ vulgo archivati nuncupatur eodem tit. de feudis disc. 87.

Verum ubi neque istud fundamentum subsisteret, adeo ut ad favorem creditorum dicta bulla Baronum intraret, adhuc neque dicta motiva subsisterent; Non quidem primum, quoniam quidquid teneat Molin. loc. cit. & alii sequaces recentissimi etiam per Marin. resol. 16. lib. 2. opinio in contrarium est verior, magisque recepta etiam apud ipsomet Hispanos, atque in illis majoribus, de quibus ipsi loquuntur, ut probant, & testantur Noguerol. Castill. & alii relati per Salgad. eodem lib. p. 2. cap. 5. ex n. 1. & per tot. ubi ex professo quæstionem examinat ad partes, atque relatis contrariis, pro ista parte concludit; Ideoque advertentiam quod hic Actor attendendus est in isto loco, ubi disputata former quæstione, ita maturè concludit, non autem d. l. 1. cap. 9. n. 69. ubi ibi obiter dicit aliud agendo; Atque ex nostris, ita bene firmatur apud Franch. dec. 518. & plenè apud Cyriac. contr. 32. n. 33. cum segg. cum huic opinioni assilant regulæ juris, ac etiam assilant major æquitas, ut non deducatur ad exercitium dicta bulla, quæ ad hunc, & alios effectus est à jure exorbitans, & odiosa, quamvis ad alios effectus sit favorabilis juxta distinctionem, de qua dicto tit. de feud. ad ejus materiam discurs. 74. & in aliis.

Ad secundum verò fundamentum constitutum in deductis per Marin. dicta resol. 58. num. 12. lib. 2. Dicebam planam esse responsonem, quod ibi ageretur de principali stylo illorum Tribunalium, ideoque de Tribunalibus diversis Principatus, non subordinatis, nec dependentibus, in iis, quæ sunt contra jus, nulla penitus ratio habenda est; Siquidem pluries insinuatam conclusio, quod ubi casus non habetur in jure communi, vel municipalis expressè deductus, recurrere congruat ad leges, & consuetudines adjacentium Civitatum, vel Provinciarum, seu aliorum Principatum, procedit in casu ambiguo, quando bene congruit attendere alicujus magni Tribunalis styllum, quamvis diversi Principatus, pro interpretatione; Secus autem ubi agatur de re contra jus, cum ex frequenter etiam insinuatam conclusio, consuetudinis, vel styli peculiaris natura sit, ut strictè attendi debeat in casu præciso, neque deur extensio de casu ad casum, vel de loco ad locum, seu de persona ad personam etc.

Demum quoad ultimum fundamentum, ut bulla Baronum, fideicommissaria bona, ad allodialium naturam reducatur, ut firmari supponebatur per decisiones editas in dicta Romana contributionis, dicebam eadem, quæ habentur in



finata dicitur. Ac etiam quia, dum eadem bulla mandatur, ut bona libera Baronis censeantur eo ipso subrogata pro reintegratione fideicommissi, tanquam per subinfractorem in jus, & locum dimissorum creditorum; Ad instar eorum, que habentur in terminis Auth. res. que C. comm. de legati. de fideicommissi subintrante in iuribus dotium, pro quibus scilicet passio oportuit ex deductis in sua materia sub tit. de dote disc. 545. & in aliis, ita effectus erat idem, dum adris non erat de illis creditoribus, quibus bulla suffragari posset ut potest ex causa mere lucrativa, & voluntaria, ideoque dicta subintratio non remanebat inanis, ut remaneret, si creditores posteriores essent de illis, quibus bulla suffragatur.

Atque ex hac circumstantia, quod ageretur de creditore ex causa lucrativa, & mere voluntaria, dicebatur, quod ubi etiam recipienda esset superius insinuata opinio Molinæ, cogendi anteriori creditorem privilegiatum experiri eius iura ob bona differentia, ut aliis creditoribus non privilegiatis, consilium remaneret super bonis differentibus, adhuc tamen id recipiendum non esset favore creditoris ex causa mere lucrativa, & voluntaria, cum post illa aequitas, in qua dicta opinio fundata est, atque vellet iniquitatem redoleret, dum idem creditor anterior est etiam successor in bonis privilegiatis iure suo, quoniam ita esset cum cogere ad agendum contra se ipsum, ut locum relinquere donataris creditoribus foveribus causam lucrativam, quibus lex nullam aequitatis assentiam præbet, atque ita esset per indirectum praticare bullam, etiam pro donationibus introducta est in gratiam, ac favorem creditorum, & quatenus eis placeat ad illius beneficium sine extraordinarium remedium confingere, non tamen exinde inferendum est, ut invitati ad teneantur, si possunt aliunde satisfactionem consequi. Cum etenim Congregatio Baronum non solvat pecuniam nisi vinculatam, eatenus creditor conquiri non potest de hoc vinculo, quatenus volens eligat illam viam, ut pluries advertitur in dicta sua materia sub tit. de feudis præsertim disc. 99. ideoque nulla iuris, vel aequitatis ratio suppetit, ut ad hoc beneficium invitati recurrere teneantur, ut cum proprio damno aliis lucrum parent.

Item quia bulla introducta est in gratiam, ac favorem creditorum, & quatenus eis placeat ad illius beneficium sine extraordinarium remedium confingere, non tamen exinde inferendum est, ut invitati ad teneantur, si possunt aliunde satisfactionem consequi. Cum etenim Congregatio Baronum non solvat pecuniam nisi vinculatam, eatenus creditor conquiri non potest de hoc vinculo, quatenus volens eligat illam viam, ut pluries advertitur in dicta sua materia sub tit. de feudis præsertim disc. 99. ideoque nulla iuris, vel aequitatis ratio suppetit, ut ad hoc beneficium invitati recurrere teneantur, ut cum proprio damno aliis lucrum parent.

ARIMINEN. DOTIS PRO LUCRETIA BELMONTE CUM PETRO MARIA DE TINGOLIS

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Lucretia.

Ad, & quando creditor repellatur pro exceptionem præsumptæ fraudis, vel occupationis bonorum debitoris; Et præsertim de Statuto Ariminen. disponente, ut mortuo viro, uxor teneatur infra certum terminum facere inventarium bonorum mobilium viri, quodque alias pro eius credito dotali agere non possit, atque repellatur cum juramento heredis debitoris.

S U M M A R I U M.

- 1 De Statuto Ariminen.
2 Facti series.
3 Quod dictum Statutum deferat heredi juramentum super sola estimatione etc.
4 De intelligentia Statutorum.
5 De juramento in litem quomodo præstetur.
6 Quomodo intelligenda sint Statuta disponentia, tu scilicet juramento.
7 Quid operetur hoc Statutum.
8 Probat substantia debiti, vel facti, circa qualitates leviores probationes sufficienti.
9 Attendit debet ratio, seu facti, ac effectus Statuti.
10 Legatum factum per debitorem crediti de debito, quid operetur.
11 Statuta laicalia non capiunt alios juratos, quod declaratur.
12 Sub nomine patris familias, quid veniat.
13 Quod non sit deferendum Consulentiis, & de ratione.

D I S C. CXXVIII.

Disponentes Statuto Ariminen. ut moriente viro, qui sit pater familias, teneatur uxor infra quinquaginta dies, facere per manum publicæ personæ, inventarium omnium bonorum mobilium existentium in domo defuncti, quodque

si non fecerit, vel fecerit, atque fraudem commiserit, omittendo aliquid in inventario ponere, & de hoc legitime constet, stari debeat factamento heredum, & creditorum, absque alia probatione super bonorum estimatione, quantum iura verint, a credito dotali ipsius mulieris detrahi possit etc. Cum defuncto Ludovico Tingolo sine prole, instituto herede Petro Maria fratre, hinc illic hæreditatem adiisset, ac bonorum hæreditarium etiam domas habitationis possessionem adeptus esset, inventario etiam confecto, Lucretia vero defuncti uxor, denegata sibi pacifice restitutione dotis, pro illa dictam heredem pulsaret coram A. C. excipiebatur ipse de dicta statutaria dispositione, qua tamen non ebriante, mandatum relaxatum fuit ex duobus fundamentis, quæ Judici placuerunt.

Primo scilicet, ac potissime, quod non essemus in casu Statuti, dum istud in casu non confecti inventarii, defert quidem hæredibus, vel creditoribus juramentum, non circa substantiam bonorum, quæ ita per mulierem occupari poterint, sed solum circa estimationem, seu valorem, cum præsupposito quod de ipso actu occultationis, in genere constet, ut patet ex illis Statuti verbis, & de hoc legitime constet, stari debeat factamento heredum, vel creditorum absque alia probatione de estimatione ipsorum, & tantum quantum de estimatione juraverint detrahi debeat de dotibus etc. Et sic juramentum percutit estimationem; cum præsupposito præcedentis probationis, non autem quod ita ex sola omissione inventarii, in facultate heredum, vel creditorum posteriorum postum esse jurare prohibito; Ideoque ex vulgari, & quotidiano axiomate, de quo præsertim in peculiari Statutorum sede sub tit. de successione, & alibi, ut statuta præsertim à iure exorbitantia, debent ad litteram, seu in verbis, neque eorum extensio admittatur, ita ad limites verborum attendi debet.

Clarius vero, quoniam, etiam in casibus, in quibus obligatio ad inventarii confessionem ob cuius omissionem lex præsumit delictum, ideoque defert juramentum in litem, adhuc tamen istud non admittitur pro libito jurare volentis, sed prævia taxata Judicis regula, à ex administraculis, aliisque facti circumstantiis, hanc summam verisimilem reddentibus ex deductis sub titulo de tutoribus, & administraculis, lib. 7. disc. 8.

Et consertur generaliter collecta per Thyscum litem T. conclus. 500. ubi agendo de huiusmodi statutis disponentibus, ut stari debeat juramento Patris, advertitur, ut intelligenti debeant ubi juramentum fit verisimile, atque administraculum; Ad quod consertur etiam ea, quæ de fiducia, cui testator ejus voluntatem explicandam commisit, sub titulo de fideicommissis, discurs. 182. & sequenti, cum similibus.

Ideoque advertendam quod Statutum, in hoc, aliud facere noluisset, nisi tollere exceptiones illiquiditatis, ex cuius clypeo creditor, qui bona debitoris occupasset, dicere non posset, quod ejus creditum esset liquidum, prætenso vero illiquidum, & non apta retardare creditum liquidum ad materiam textus in l. unica §. exactio Cod. de rei uxoris. additio. & in l. fin. Cod. de compensat. de non dando compensationem de liquido ad alliquidum; Atque ita Statutum non corrigere, sed solum coadjuvare voluit jus commune, cuius dispositione attentata, contra furem, vel occupatorem, probata substantia occupationis in genere, circa summam, vel quantitatem, admittitur leviores probationes, & quandoque etiam juramentum creditoris pro facti qualitate ex collectis per Cyprii, contror. 347. n. fin. Rub. de testam. cap. 8. 98. n. 353. & seqq. Bellon. jun. cons. 93. nu. 9. & 10. & infra disc. 149. ita dirimendo omnes cavillationes, ac DD. subtilitates circa istam liquidationem.

Alterum fuit fundamentum, potius facti quam juris, quod scilicet, heres in loco præsens, ista mulier diligentior ac potentior, illic in eadem domo habitatione, de constituerit, atque inventarium confecerit, quodque aliqua bona mobilia existentia in aula, seu appartamento mulieris, ipsa coram Judice declaraverat esse propria juxta facultatem a testatore sibi datam, assignata per ipsum testatorem ratione, ob quam eadem ultra dotem, aliaque bona extradotalia habebat; Ideoque dicebatur quod recte intraret conclusio, de qua sub tit. de feud. disc. 87. & alibi pluries, quod quando lex, vel Statutum, ob aliquam explicitam, vel implicitam rationem, seu causam ita disponit, standum non est in sola formalitate verborum; sed attendi debet substantia veritatis, seu finis, ac effectus ab eo consideratus, quodque juxta ea, quæ habentur disc. seq. ac in aliis, in proposito præscriptio nis sta-

ROMANA REPETITIONIS INDEBITI PRO RATIONE ACCIAJOLI ET MARTELLI CUM CLEMENTIA CECCHINA.

Casus disputatus coram A. C. & resolutus pro Ratione.

De præscriptione a Statutaria resultante à Statuto Urbis per lapsum 16. annorum, an, & quando iniret, necne; Et præsertim, an iniret ad effectum repetendi jam solum tanquam indebitum; Et aliqua de repetitione indebiti ejusque probatione, ac de differentia inter indebitum solum voluntarie, & solum coacte.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
2 Præscriptio statutaria quid operetur.
3 De antiquis Doctores de hoc agentibus.
4 Indebitum non præsumitur, sed est concludenter probandum.
5 De præsumptis, vel tacitis solutionibus non suffragantibus ad effectum indebiti.
6 De distinctione super probatione solutionis usurarium.
7 Declaratur concl. de qua n. 4. & 5. in indebitum voluntario.
8 Solutum cum cautione habetur pro non soluto.
9 Heres solvendo, non præjudicat creditoribus.
10 Quid operetur præscriptio statutaria.
11 Et an iniret ubi introducta est litem.
12 Præscriptio statutaria est præsumptio, quia tollitur contraria probatione.
13 Libri, an probent pro scribente.
14 De administraculis contra præsumptionem solutionis.
15 An testibus famulis deferatur.
16, 17, & 18 De differentia inter famulos, & ministros, & an præscriptio statutaria procedat cum clericis.
19 Non iniret præscriptio statutaria in debito negato.
20 An in hereditate jacente.
21 An cum forensibus.
22 Quid in credito ex causa dotis.

D I S C. CXXIX.

In concursu bonorum hæreditarium Cardinalis Cechini, de quo habetur actum supra disc. 53. inter alios concurrentes, tanquam occupantes unum ex primis locis, satisfacta fuit ratio, quæ cantabat sub nomine Acciajoli, & Martelli, cum cautione de restituendo etc. de cuius cautionis præstatione principaliter actum fuit in questione, de qua d. disc. 53. Postmodum vero, aliqui Clementiæ heredes, & creditorum posteriorum Consulores, advertentes, quod inter debiti diem, ac illam solutionis, intercederet spatium annorum 16. & ultra, per quod à Statuto Urbis 1588. cuiuscumque debiti quamvis jurati præscriptio inducitur, iudicium ejusdem Clementiæ nomine, magis verò illud agere debitoribus posterioribus, qui discopertis remanebant, pro repetitione indebiti soluti instituerunt coram A. C. à quo post plures disputationes, me pro Reis conventis scribente, prodiit sententia abolutoria.

In disputationibus autem desuper habitis, Scribentes pro actrice (seu veris pro creditoribus posterioribus, quorum principaliter intererat,) dicebant fundatam esse intentionem super indebitum, ita clarè probato per expressam legem statutariam, quam receptum esse habere locum, quamvis ageretur de debito jurato, ac non obstante, quod ipse principalis debitor viveret, (& quo casu de jure canonico in cap. fin. de præscript. ubique recepto, etiam in foro laicali, non datur præscriptio ratione malæ fidei) ex ea ratione, quod ista non est vera præscriptio actioms preceptiva, ob solam creditoris negligentiam juxta terminos textus in leg. omnes, & l. fin. Cod. de præscript. 30. vel 40. annorum cum concor. sed est potius præscriptio solutio, & sic exceptio compatibilis cum juramento, & cum data fidei observantia, ut cæteris relatis advertitur per Rotam apud Merlin. dec. 124. dec. 346. nu. 1. & seqq. par. 6. recent. cum aliis per adden. ad Buratt. dec. 98. & add. ad dec. 6. part. 3. recent. nu. 115. & seqq.

Ideoque non est novum, quoniam de huiusmodi præscriptione redolente præsumptam solutionem, agunt etiam nostri majores præsertim Bald. insinuat. de act. in princ. relat. per Surd. dec. 174. nu. 3. ubi in specie de hoc eadem spatio 16. annorum; Cum etenim, ut advertitur infra ad materiam

statutariæ, five in statutis adimentibus fidem scripturæ, certam solemnitatem non habenti, cum similibus, ista dicatur stari, & simplex præsumptio juris ex Statuto introducta, contraria probatione etiam præsumptiva, five adminiculativa elidibilis.

Nimium quoque in idem conferre observabam eam facti circumstantiam, quod testator mandaverat cum verbis enixis fieri restitutionem dotis uxori promptè, ac omni meliori, & profuso modo; Ita etenim dicebam resultare vehementem adminiculum, quod testator rectè consensit de huiusmodi Statuto, per quod restitutor crediti dotalis retardari poterat, hanc dispositionem adicere volerit, cui, ne omnino facta remaneret, hæc operatio præbenda erat, juxta ea, quæ habemus ex regula textus in l. 1. §. 1. ff. de dote prælegat. cum concord. per Grass. de except. cap. 32. n. 6. & 7. Rot. dec. 41. n. 1. p. 9. rec. & in aliis frequentibus, super operationibus resultantibus à legato debiti, quod per debitorem creditori fiat; Multo vero magis dum in dicta alia dispositione, ut ipsius mulieris simpliciter declarationi stari deberet, quoniam essent ejus bona propria, ita ejus fidem probaverat.

Dicebam quoque more Advocati, cumulando motiva ad favorem creditricis, quod huiusmodi statutaria dispositio omnino negligenda veniebat, dum agebatur de debito jurato, ex vera conclusione, de qua supra disc. 10. & alibi & latius sub tit. de alienat. & contradi. quod scilicet, Statuta laicalia non capiunt actus juratos, quamvis etiam Apostolicam confirmationem haberent, cum tunc, si non obstat defectus potestatis obflare tamen dicatur alter voluntatis; Verum (reflexendo ad veritatem,) agnoscebam quod motivum non esset tutum, quoque fundatè illud Judex neglexerit ex iis, quæ habentur supra disc. 10. ac etiam insinuat. d. disc. 143. de dote, quod scilicet ista conclusio generaliter vera, procedit, quando agitur de statuto infringente contractum, seu obligationem juratam, à cuius observantia, seu implemento debitor eximitur, cum ita resultet, quod laicus eximat debitorem ab observantia juramenti, eique dispenset; Sectis autem ubi Statutum non percutit observantiam juramenti, sed solum inducit quandam præsumptam solutionem, five probationem occupationis bonorum, quæ cum credito compensari debeat, ideoque non est exceptio impugnativa, sed modificativa, rectè compatibilis cum juramento, cuius observantia ita præsupponitur.

Ponderabat quoque pro hac parte causæ Patronus, quod cum Statutum ita disponeret de patre familias, intelligentem venire de loco casti, in quo ex illo superessent filii ejus heredes, ita remansuri sub tutela, ac administratione uxoris, ac matris respectivè, quam proinde ad celerem inventarii publicam confessionem obligare voluit; Verum, quamvis motivum in aliquo sensu, vel discursu naturali, non esset improbabile, legaliter tamen substantiam non habebat, Tum quia de jure pater familias non solum dicitur ille, qui habet filios, ac familiam, sed quicumque sui juris, ad differentiam filii familias; Tum clarius quia Statutum non solum considerat jus, vel interesse heredum, qui juxta dictum intellectum præsupponendi essent communes filii, sed etiam considerat interesse creditorum, quibus quoque juramentum defert, ideoque intellectus non videbatur congruus.

Atque hinc edocemur, quam erroneum sit in iudicando procedere cum auctoritate Consulentiis, quoniam Ego scribendo ad causæ oportunitatem more Advocati, acriter insistebam in his motivis, eaque exornare studebam, & tamen agnoscebam non subsistere, ideoque fit informatio desuper editæ, luci edenteret, vanum esset eis deferre, atque huius farinæ stultis Consilia; Id autem, ut sæpius insinuatum est, per Advocatos, ubi agitur de motivis juris, absque alteratione facti redolente mendacium, quod semper est de genere malorum, atque inexcusabile licet fieri potest, atque in eis id est excusabile, ubi ex aliis motivis agnoscat bonam, fovere causam, ob quotidianam experientiam, quod Judices nauseantes motiva bona, & solida, & sæpe amplectuntur levia & fallacia etc.

ANNOT. AD DISC. CXXVIII.

De huiusmodi exceptione rerum amotarum, & quando impedit dotis restitutionem habetur in supplemento sub tit. de dote disc. 183.

Et de juramento in litem vide notata sub tit. de tutor. & curat. disc. 5. & seqq. Card. de Luca Lib. VIII.



riam textus in l. Procula ff. de prob. super praesumpta solutione resiliante a longo silentio, in iure statutum non sit, quale tempus ad id sufficiat, atque Scribentes nimium discordare videantur, hinc proinde, ad huiusmodi questionibus dirimendis, prudenter per Statuta, certa temporis determinatio inducitur, absque alio requisito ad miniculum, quod de iure communi est necessarium.

4 Scribens ego pro reo conventi, ut ejus, & causa patrono motum promoventi, morem gererem (ut frequenter in Curia Advocatos facere oportet,) Dicebam quod hac statutaria praescriptio, suffragaretur quidem debitori exsolvendo ad liberationem obtinendam, non autem agendo ad indebiti repetitionem, in qua actoris partes debitor gerere dicitur, ex propositione communiter recepta per Civilitas in l. cum de indobito, ff. de prob. & per Canonistas in cap. final. de solut. quod indebitum non praesumitur, ideoque agenti ad repetitionem indebiti soluti, incumbit onus concludentis, ac perfectae probationis, excludentis contrariam possibilitatem, qua vigente, itaque, ac receptum axioma est, ut probatio dici non possit perfecta, & concludens, ex iis, qua in hac materia repetitionis indebiti, ceteris relatis habentur per Feder. de Sen. consil. 54. Rot. apud Baratt. decif. 592. nu. 3. ubi late adden. dec. 38. & 130. par. 7. recent. Royas decif. 152. post Merlin. de pign. & lapsus.

5 Hinc proinde, quamvis debitori exsolvendo suffragari possit solutionis praesumptio, qua ex huiusmodi statutaria dispositione resultat, sive altera, qua resultat a diuturno silentio juncto cum adminiculis juxta terminos textus in dist. l. Procula, Aut ea, qua oritur ex tribus ultimis continuatis solutionibus ad terminos textus in l. quicumque, Cod. de apoc. public. lib. 10. Vel altera, quam inducit super diminutione fructuum, vel uturarum textus in l. adversus, Cod. ad usur. Aut altera enunciata in praecedentibus, qua oritur ex restitutione, vel laceratione apocae, vel scripturae; Sive ex ea praesumptione mediourum, qua resultat a probatione extremorum, cum similibus; Attamen haec non suffragantur, agendo pro indebiti repetitione, ut patet ex eisdem supra allegatis.

6 Quod etiam habemus in materia uturarum circa probationem solutionis uturarum, tam od obilitatem materis, quam ex eo quod generatores, ut utura fraudent, eas occultare student, ideoque leviores probationes sufficiunt, quoniam id recte procedit exsolvendo, ac ad liberandum, ubi scilicet debitor allegat solutionem uturarum ad effectum curam imputationis in sortem ipso jure, Secus autem ubi per viam repetitionis indebiti, ut ita distinguendum habetur pluries sub titulo de usur. praesertim discurs. 12.

7 Et 17. Verum reflectendo ad veritatem, Partibus ab initio insinuatam; illa clara erat in applicatione; Praemissa etenim recte procedunt, ubi agitur de repetitione indebiti voluntarii soluti, cujus praesumptio resiliat; Secus autem in ea solutione, qua coacta, ac judiciali auctoritate facta sit, ut ita distinguendum habetur apud supra allegatos, atque est distinctio vera, & recepta.

8 Clarius vero in hac facti specie, ex duplici circumstantia qua omnem difficultatem removebat; Primo scilicet quod agebatur de pecunia soluta de mandato Judicis cum cautione de restituendo &c. ideoque ut advertitur supra disc. 2. & in aliis pluries, ista non dicitur vera solutio, sed potius precaria, seu provisionalis consignatio, redolens speciem depositi, adeo ut pecunia dicitur semper extare in banco Judicis, perinde ac si soluta non esset; Et secundo quia agebatur de solutione facta per heredem beneficentiae de bonis hereditariis jam positus sub concursu creditorum, pro quibus omnibus dissolvendis hereditas idonea non erat, ideoque haeres, qui legalis administratoris partibus fungi dicitur, non potest illi creditoribus praevindicare, solvendo illud debitum, quod ita erat exceptioe elidibile, & consequenter ex pluribus istud motivum, quamvis more Advocati, vel Consulentis ad causae opportunitatem, plene exornatum, nullam habebat subsistentiam.

9 Eodem tamen fonnit veritate retento, dicebam reis conventis absolutiorum debitorum esse (cum iustitia fundamenta sequitur) quod non intraret, ideoque cessaret indebiti praescriptio; Ut enim supra, & alibi pluries insinuat, ista non est vera, & formalis praescriptio peemptiva debiti in poenam negligentiae debitoris juxta terminos textus in l. omnes, & l. si quis, C. de praescript. 30. vel 40. annorum, (quoniam haec dari non potest in ipso principi-

pali debitore, donec vivit ratione male fidei, qua influit etiam in heredem juxta unam opinionem ex deductis infra disc. sequenti;) Sed est solutionis praesumptio, qua de iure communi, non concurrentibus aliis adminiculis, & praesumptionibus non sufficit, ex regula, quod tempus non est modus inducendi, nec tollendi obligationem, atque in hoc huiusmodi Statuta operativa sunt, ultra jura communis dispositionem, tam scilicet, circa uniformem determinationem temporis, quam circa aliorum adminiculorum supplementationem.

11 Ac etiam, ut ei non obstat illa perpetuatio, qua resultat ex lite, seu judiciali interpellatione, potissime ubi attenditur dispositio juris canonici, per quam, instantia nunquam perit, sed ea perpetua est, quoniam si post interpellationem, immo post condemnationem, seu relaxationem mandati intercedat novum silentium 16. annorum, vel alterius temporis a Statuto praesentis, adhuc illud intrat, quod dici non potest, si ageretur de vera, & formalis praescriptione, ut habetur praesertim apud Merlin. decif. 124. ubi in specie hoc examinatur, ac bene advertitur, ut quo magis creditor diligens fuit debitorem judicialiter pulsando, atque cum eo litem subsistentem, eius condemnationem obtinere, eo magis intrat dicta praescriptio; quam Statutum inducit ex diuturno silentio, ita potius inverisimili, nisi solutio sequuta esset.

12 Verum haec est simplex, & nuda praesumptio juris, qua non solum tollitur per contrarium probationem expressam, verum etiam per praesumptivam, seu adminiculativam ex praesumptionibus, & adminiculis deductam, ut ceteris relatis firmatur per Rotam dec. 44. n. 12. post Merid. pign. cum concordantibus per adden. ad Baratt. decif. 98. & per adden. dec. 6. par. 3. rec. n. 62.

13 Plura vero adminicula urgebant, quae simul juncta, cum constituta regula, ut singula quae non solent &c. sine dubio dictam praesumptionem suffocant; Primum scilicet illud resilians a libris bove, & mercantiler tenent per adeo magnam, & probatam rationem; Quidquid enim fit de articulo, an, & quando huiusmodi libris deferendum sit ex deductis per Baratt. & adden. dec. 344. & 603. adden. ad Gregor. dec. 79. in Romana mercium 10. Decembris 1642. coram Melio. & dec. 225. par. 10. recent. nu. 1. & seqq. ubi in terminis fortioribus libri privati probantis concurrentibus adminiculis; Indubitatum tamen est, quod ubi etiam ad concludentem probationem non sufficerent, faciunt tamen adminiculum.

14 Secundo ob qualitate creditorum, non solum ob inimum probatam fidem etiam in rebus longae majoris importantiae, sed etiam ob eorum consuetudinem, ac modestiam per diuturnum etiam tempus dissimulandi exactiorem praesertim a qualificatis Cardinalibus, cum quibus frequenter huiusmodi urbanitates nimium lucrosam negotiationem redolere solent, ob fortunae status mutationem; Tertio potissimum ob speciem qualitate istius debitoris, (cujus mors in statu insufficiencie non obstantibus tot muneribus, illo praesertim Datarii per decennium, & altera, eius nimiam integritatem comprobavit;) Quarto observabam non leve adminiculum quoque resultare ex ipso actu solutionis, cui Clementia haeres consentit, vel se non opposuit utpote de rebus domesticis bene conscia.

15 Et quinto demum ob attestaciones juvenum, ac ministrorum dictae rationis, quod veris ita partita fuisset semper accessa, Quamvis enim adversus hanc attestacionem objiceretur, quod essent famuli, quibus deferendum non est famulis vilibus, sed de personis honestis, & probis, quibus familiarium potius, quam famulorum titulus congruit, in hac propositione magis circumspicte proceditur, ut in specie ceteris relatis advertitur apud Danozett. dec. 992. num. 6.

16 Neque verisambur in casu, quoniam isti non erant, neq. famuli, neque familiares, sed ministri, & officiales rationis deponentes de respectante ad eorum officium, ideoque magna differentia est inter istos, ac famulos, vel familiares, ut advertitur apud Mantice. dec. 122. Baratt. dec. 143. & 775.

17 Motivabam quoque de conclusione de qua apud Boccac. ad hoc Statut. glof. 19. n. 199. cum seqq. & Sperelli. d. 135. n. 53. Rot. dec. 39. n. fin. p. 11. rec. ut scilicet istud Statutum tanquam laicale, non afficiat ecclesiasticos, & consequenter, quod ratione ecclesiasticorum neque eis prodesset, ut in proposito Aegidiane habetur apud add. ad Greg. decif. 581. n. 8. & ad Bur. d. 16. & in sua materia sub tit. de judiciali. Verum motivum non placebat; Tum quia, ut advertitur,

18 tur, praesertim sub tit. de dote disc. 143. & sub tit. de success. & alibi, ista moderna opinio, quod Statutum Urbis non comprehendat ecclesiasticos, nunquam captivavit intellectum, quamvis hodie cum illa vivatur, Tum specialiter in hoc Statuto, quoniam illud, ut dictum est, non perimit actionem directam, adeo ut clericus non subditus ex illius dispositione actionem alias competentem amittat, sed ex moribus regionis inducit praesumptionem, quae ita viget in ecclesiasticis, ac in secularibus, cum proveniat magis a natura, quam a subtilitate, vel dispositione juris statutarii; Ideoque observabam conferre ea, quae super hoc puncto comprehensivissimi clericorum sub huiusmodi Statutis habentur supra disc. 10. cum similibus.

19 Nimirum autem frequens est in Curia tractatio istius Statuti, ejusque limitationem, & praesertim, ut non intret in debito impugnatum, ex conclusionem in praecedentibus etiam insinuata, quod cum illud indicat solutionem praesumptivam, ista praesumptio ex hoc cessat, quoniam non praesumitur solutum indebitum, ut apud Danozett. dec. 89. in fin. ad decif. 44. post Merlin. de pign. decif. 199. & 219. post Zach. de oblig. & frequenter.

20 Disputavit etiam pluries, an eadem statutaria praescriptio intraret favore hereditatis jacens, adeo ut tempus vacationis computaretur; Et quamvis in decif. 353. n. 21. & seqq. par. 6. recent. affirmetur quod statutum comprehendat etiam corpora ficta, qualis est hereditas jacens, & in specie hereditatis jacens habetur decif. 150. post Fenzone. Attamen in facti contingencia advertebam quod in hoc proposito distinguendum videbatur; Aut enim agitur de hereditate jacente creditoris, contra quam debitor exsolvendo, ac ad se liberandum allegat hanc praescriptionem captam cum defuncto, & tunc obstat videatur regula, quam habemus in materia veras, ac formalis praescriptionis, ut capta cum defuncto, continet cum haerede quamvis minore, & privilegiato, five cum hereditate jacente, quod tamen neque tutum videtur, nisi magna hujus temporis pars ipso creditore vivente effluerit, pro facti qualitate, quoniam cum ex praesentibus ista non sit vera praescriptio, sed solutionis praesumptio, contraria praesumptione elidibilis, notabilis praesumptio esse videtur ista, quod de tempore vacationis hereditatis silentium confiderabile non esset, eo quia nemo hoc medio tempore solvere poterat; Aut e converso praescriptio hanc allegatur ex parte haereditis, vel hereditatis debitoris contra creditorem, & tunc multo minus de silentio temporis, in quo hereditas jacens vivit, ratio habenda venit, quoniam cessat praesumptio solutionis, quam nemo hoc tempore facere poterat, nisi Jurex, vel de istius mandato curator, qui non solvit, nisi cum congruis justificationibus.

21 Diffutare quoque contigit pluries, an hoc Statutum ligaret forenses, necne; Atque quandoque firmata fuit simpliciter affirmativa cum moderatione, ut ista forensitatis qualitas esset iusta causa restitutionis in integrum ex clausula si qua mihi &c. ex deductis decif. 555. par. 4. rec. tom. 3. cum aliis per Add. ad Baratt. dec. 98. Quandoque vero fuit dictum contrarium praesertim in Eugubina bonorum seu Salviani 28. Junii 1666. coram Emerix; Verum adverte re confuevi, quod ista videtur questio potius facti, quam juris ex eadem ratione, de qua supra occasione comprehensionis clericorum, quod scilicet ista non est lex, quae ex sola ejus vi, & potentia perimat, vel tollat actionem proprio subdito alias competentem ut est (ex gr.) Statutum dotium moderatum, quod irritat conventionem in excessu, Sive est Statutum Januae, de quo supra discif. 92. quod per quinquennium extinguit cautiones judiciales, cum similibus, sed solum inducit quandam praesumptionem in iuris communis etiam dispositione resiliantem, ita ad tollendas controversias certam normam praescribendo, & consequenter non intrat inspectio formalis subjectionis, sed potius altera identitatis rationis, & an eadem praescriptio intret, necne; Si enim agitur de debito contracto in Urbe, vel districtu, in quo Partes morantur, nil referre videtur an sint cives, vel incolae, vel potius iure forensium habendi sint; Et e converso si Partes vivant in diversis locis, ubi sola iuris communis dispositio attenditur, casus autem habetur, ut per appellationem, vel per electionem fori ex privilegio clauso in corpore juris, aut per apprehensionem in Curia &c. contingat causam tractari in Urbe, nullatenus dicendum est huiusmodi praescriptionem statutariam intrare atque cum hac distinctione recte conciliari videtur ea, quae in hac materia pugnant, ideoque, ut dictum est, huiusmodi questionem pro facti qualitate,

& circumstantiis potius decidenda venit. An autem, & quando huiusmodi statutaria praescriptio complectatur creditum ex causa dotis, habetur in sua materia sub tit. de dote disc. 29. & 164.

ANNOT. AD DISC. CXXX. URQUE AD DISC. CXXXI. INCLUSIVE.

AGitur in his discursibus de materia praescriptionis tam Statutaria, quam ad terminos juris communis, de qua videri poterit deducta sub tit. de iudic. disc. 21. per rot. ROMANA PECUNIARIA PRO GUARNERIO CAVALLERINO CUM MARINO TRONATO.

Causa decisus per Rotam pro Marino. De eadem materia praescriptionis statutaria, ut non intret cum creditore ignoro; Et an Statutum locum habeat cum forensibus; vel cum clericis.

S U M M A R I U M.

- 1 Ad i. series.
2 Resolutiones causa.
3 Qui exigit alienam pecuniam, tenetur eam restituere mandanti.
4 De praescriptione statutaria Urbis.
5 Ut non afficiat clericos.
6 Ignorantia inverisimilis non excusat.
7 An forenses ligentur dicto Statuto.
8 Clerici possunt uti Statuto laicali ad eorum favorem.
9 Expenditur conclusio, de qua num. 5. ut non subsistat, Et de ratione.
10 De eodem, & quando intret inspectio exemptionis clericorum a Statuto.
11 De circumstantiis excusantibus creditorem.
12 Statutaria praescriptio, si non procedit favore debitoris negantis debitum, ita non procedit contra creditorem, qui se non credebatur talem.
13 Quando est conficius exactiōnis factae a mandatario non est necessaria praescriptio statutaria.
14 Declaratur conclusio, de qua n. 6. quando, Et ad quem effectum procedat.

D I S C. CXXX.

Petrus Angelinus, Guarnerii debitor in scutis 1000. ulque ab anno 1647. ordinem creditorum consignavit directum campfori, (penes quem tamen pecuniam non habebat,) ut ei solveret scuta 500. cum promissione de reimburse campfore, qui ordinem implevit mediante solutione facta Marino per Guarnerium deputato ad exigendum cum girata; Verum absque eo quod appareret, ut creditor exactiōnis conficius esset, idem continuavit habere in debitorem Petrum pro integra summa scutorum mille, pro qua cum pulsavit coram A. C. qui haereditas Petri interiri defuncti absolvit pro dicta rata soluta, atque propterea creditor se direxit contra Marinum, ut ab eodem Iudice mandatum exequutum obtinuit, commissaque per Signaturam causa appellationis in Rota coram Rondanino cum clausula translativa si quid expendantur, agnito per alios creditoris defensores, & me, in hoc statu ad causam evocatos, processum executivum non esse subsistentem, assumptum fuit dubium petitorii, an constaret de credito, quod sub die 19. Junii 1671. negativè resolutum fuit.

Cumque in hac disputatione Scribentes pro reo convento, non impugnando veritatem exactiōnis de facto, minuique obligationem de iure mandatarii, seu exactoris restituendi mandanti, vel praepositi exactum ex iuribus litteralibus, de quibus ceteris relatis apud Royas dec. 89. ubi solum questio est, an exactores teneantur de inexactis, necne, defensionem restringebant ad praescriptionem statutariam, de qua disc. praecedenti stante lapsu temporis 16. annorum, & ultra.

Quare ex hac parte, ad huiusmodi exceptionem elidendam, tria deducebamus motiva dictam statutariam praescriptionem excludentia, quorum unum sufficiens erat; Primum nempe quod non constaret de scientia exactiōnis in creditore, quia propterea scivisset se evasisse mandatarii creditore, Secundo quod reus esset forensis sub Statuto non comprehensus, ut advertitur disc. praecedenti; Et tertio quod idem reus esset clericus, ideoque sub Statuto non comprehensus, ut ultra generalem propositionem, quod Statuta Urbis quamvis per Papam confirmata, censentur laicalia, & non com-



comprehendant clericos, nisi ubi de voluntate comprehendi constat de qua sub tit. de dote disc. 12. & 143. In specialibus terminis hujus Statuti habetur dec. 39. nu. 11. par. 11. recent. ubi recentior concordantes, in hujus causae decisionis quoque deducta.

6 Omnia vero tria fundamenta rejecta fuerunt; Si quidem quoad primum, dictum fuit inverisimile videri, ut creditor vir diligens tandiu negligere voluerit à dicto Marino restitutionem pecuniae, vel ordinis, inquirendo, an esset exactus, nec ne, quodque propterea improbabili ignorantia non excusaret, ac regula generali, quod pro sciente habendus veniat ille, qui scire non vult, & super qua regula, in eadem decisione plures cumulatim Auctores, praeterea in specie praescriptionis statutariae Roman. cons. 127. sub tit. nu. 2. cum aliis in eadem decisione.

7 Quoad secundum, proceditur cum distinctione infirmata disc. praecedenti, ut conclusio sit vera in forensibus, qui alibi contractantes, litigant in Urbe ratione appellationis, vel ex alio accidente in ea causam agant, secus autem si debitor in ipsa Urbe contractum sit ibique Partes moram traxerint, cum tunc nil referat, an sint cives, vel incolae Statuti subiecti, vel potius ob accidentalem habitationem, forensi qualitate retineant juxta decisiones, & auctoritates in eadem decisione plene recentissimas.

8 Et quoad tertium proceditur cum distinctione, de qua sub tit. de dote. disc. 22. & 143. (quamvis in eo casu illam à me toties deductam, & inculcatam Rota amplecti noluerit,) ut scilicet conclusio intraret quando Statutum allegaretur contra clericum in ejus praedictum, unde propterea iste passivum exemptionem allegaret, Secus autem ubi idem clericus illud deduceret in ratione favorabili, ac privilegiativa, in qua clericus volens, non prohibetur uti Statuto laicali ex deductis locis citatis cum aliis cumulatim in decisione.

9 Reflectendo autem ad veritatem, admittebam tanquam veram, & probabilem secundam responsonem circa qualitatem forensitatis, ut etiam ante disputationem in congressu dixi hoc motivum ab aliis; deductum non esse substantiale; Quovero ad tertium circa clericatum, responso non placebat, utpote, vel non sufficiens, vel non necessaria; Si quidem ubi dicta statutaria praescriptio alias de sui natura intraret, quia nempe non subsisteret primum motivum, neque alia accederet circumstantia, quae illud cessare faceret juxta deducta disc. praecedenti. Nunc ista circumstantia clericatus, quamvis concurreret in casu converso, quia nempe ipse creditor esset clericus, contra quem de hac praescriptione exciperetur, non videtur in consideratione habenda, neque aliquod probabile fundamentum habet hac proposito, quoniam ex infirmatis dicto disc. 22. & 143. de dote, ac etiam hoc eodem titulo disc. 10. in proposito clerici creditoris, an comprehenderetur sub Statuto fori mercatorum Bononiae, quod scilicet Statutum non allegatur directè contra clericum ad ipsum obligandum, adeo ut jurisdictione tum eo exerceri dicatur, ipseque coactam, ac passivam subjectionem patiatur; Sed allegatur per debitorem ad proprii Principis, vel superioris lege liberatum, ideoque lex non disponit cum creditore exempto, sed cum laico proprio subdito, quem à propria obligatione liberatum declarat, non directè, & impugnativè, sed ob solutionis probationem, quam fingit, vel inducit, ita praecipiendo Judici laico ejus subdito, coram quo debitor laicus convenitur, ut cum exceptione solutionis tutum absolvat, ex regula utriusque naturalis, ac positivi juris principio innixa, ut per solutionem ejus, quod debetur, omnis cesset obligatio.

10 Ac etiam in idem, quia istud Statutum non continent aliquod privilegium speciale, seu aliquam exorbitantiam, vel correctionem juris communis, unde propterea intraret dicti termini comprehensionis vel respectivè subjectionis activae, & passivae, quae intrat in merè exorbitantibus, ac aliquid de novo disponentibus ut (ex. gr.) sunt Statuta excludentia à successionebus alias de jure debitis, vel sunt Statuta adimentia libertatem contrahendi juxta casum, de quo dicto dec. 32. & 143. de dote cum similibus, quoniam, ad advertitur disc. praecedenti, ex sola juris communis dispositione, vel intentione receptum est, ut solutionis praesumptiva, seu adimiculativa probatio admittatur deducta ex diurno silentio, aliisque circumstantiis juxta terminos textus in l. Procula. ff. de probat. de quibus pluries hoc eod. tit., Sed quia DD. super tempore; aliisque praesumptionibus, cum consuetudine opinionum varietate, materiam involvunt, hinc proinde lex municipalis, ut jur-

giorum occasionem tolleret, certam, ac uniformem temporis metam praescribit, per quam non elidit actionem, neque directè tollit jus tertii, qui nempe declarat indebitum id, quod alias verè sit debitum in praemam negligentiae; ut facit jus commune in longissima praescriptione juxta terminos textus in l. ficut, & l. omnes Cod. de praescrip. 20. vel 40. annorum (quo casu rectè inter inspectio subjectionis, vel respectivè exemptionis creditoris, cui jus tollitur,) sed solum inducit simplicem praesumptionem favore debitoris, contraria probatione, etiam praesumptiva, vel adimiculativa elidibilem; Et sic disponit super facto, cujus probatione data effectus liberationis non resultat ab ipsa lege laicali, sed à jure naturae, quod omnes afficit, ut occasione juramenti advertitur dicto disc. 143. de dote, & pluries hoc eod. tit. ac etiam sub altero de alien. & contract. Ideoque non videatur, quid in hoc agere habeat immunitas ecclesiastica, vel dicta distinctio subjectionis passivae, vel usus activi, & sic theoriae fere distinctio est vera de jure, sed videtur incongrua in casu quaestione.

Restringebatur ergo causa ad primum motivum, quod erat potius facti, quam juris, an scilicet dici posset, quod creditor, donec per primum debitorem excipiendo, deducta, & probata fuit dicti ordinis satisfactio, justè credere poterit, quod ille impletus non esset, quoque integrum primum debitum in primævo statu continuaret, ut pluries facti circumstantiis suadebant, quia primus debitor per aliquas epistolas, alioquin actus debitorem de tota summa se agnovit, atque creditor in eadem credulitate persistendo, de facto cum pro tota summa in iudicio pulsavit; Hoc enim postea planum remanebat, quod haec statutaria praescriptio non intraret, ex dispositione, vel ratione textus in l. fin. Cod. de annal. praescrip. seu verius ex eadem ratione, ob quam disc. praeced. & in aliis habetur, quod haec praescriptio non intrat favore debitoris, qui debitum negavit, quia praesumendum non est, ut solvere voluerit id, quod praetendebat non debere, ita è converso, intrare non potest praesumptio, quod creditor fuerit diligens in exhibendo id, quod ignorat, vel exerebat consequi non debere, ob credulitatem, quod dicitur ordi vanus remanserit, ut frequenter contingit; Undè propterea ex hac ratione, in materia formae per Constitutionem Planam praescriptae in impositione censuum recepta est distinctio inter cedulas, & hujusmodi ordines solvibiles, ut in sua materia sub tit. de censibus; Eo magis quia ex ejusdem ordinis tenore constabat, quod debitor, qui illum faceret, pecunia in banco camporis non habebat, unde propterea potius redolebat rogitum pro mutuo, quod campori mandanti extero & non magis idoneitatis, ex frequentiori contingentia, esset negaturus, ideoque conjungendo istam circumstantiam cum aliis, de quibus supra dicta credulitas nimium probabilis videbatur.

Et è converso, quando de scientia certa, seu verisimili constaret; Advertebam, quod opus non erat confugere ad hujus Statuti praesidium, quoniam etiam attenda dispositione, vel ratione juris communis, atque in locis ubi hujusmodi Statuta non vigeant, etiam longè brevius tempus in hoc proposito abundare videtur, quoniam juxta frequentem usum personarum praesertim nobilium, seu alias congruum impedimentum habentium, exactio nem litterarum cambii, vel hujusmodi ordinum directorum bancis, seu camporibus, fieri solent, mediantibus famulis, vel aliis fiduciariis, quibus giratae sunt, & qui brevi manu, cum eadem fiducia, pecuniam domino, vel mandati asportant, de recepta, seu quietan ia non solliciti, ut de me ipso dicere possum, cum ita semper, mediantibus famulis, vel amanuensis, aliisque fiduciariis, litteras cambii, alioquin ordines exegerim; Tali enim casu ex communi usu, neque per hebdomadas negligi solet à famulo, vel fiduciario non asportante pecuniam, inquisitio exactio nem, vel restitutio litterarum, seu ordinum.

Et consequenter, conclusio in decisione deducta super 15 justa, vel injusta, seu verisimili, vel inverisimili ignorantia, est in casu suo vera, sed incongrua ad illum praesentis quaestione; Procedit etenim, ubi alias de jure intrasset, atque consummata esset legitima praescriptio à lege communi vel statutaria induta, tanquam praescriptio vera, & praesumptiva actionis, adversus quam creditor, vel alter, cui actio competeat, peteret restitutionem in integrum ex capite ignorantiae, quoniam tunc ipse praesumitur onere probandi istam justam, ac verisimilem, & sic excusabilem tanquam qualitatem, quae necessaria est pro fundamento petiti remedii extraordinarii, juxta copiosè in ista materia colle-

collecta per elaboratum Rubeum in addit. ad disc. 3. par. 3. recent. & habetur sub tit. de servit. disc. 77. & alibi pluries; Verum id extraneum videbatur à casu controversiae, in quo creditor non allegabat ignorantiam pro exculatione poenae alias contractae ob ejus negligentiam, ad effectum, ut sibi ex dicto capite succurrerent effectus, sed dicebat, quod ita impeditum remaneret initium dictae praescriptionis, vel praesumptionis, ideoque termini videntur diversi, atque fallaciam non est in conclusione, sed in applicatione, ut frequentibus contingit.

BITUNTINA SALVIANI PRO CAPITULO CATHEDRALIS CUM FRANCISCO FRAMARINO.

Casus decisus per Rotam pro Capitulo.

De exceptione praescriptionis ad terminos juris communis, an, & quando suffragetur debitoris; Et quid de ejus haerede, an huic obstat mala fides, quae obstat principalis debitori; Et de hac materia praescriptionis.

S U M M A R I U M.

- 1 Ad si series.
2 Resolutores causa.
3 Devotio assentit in Regno Neapoli.
4 De praescriptione hypothecae, vel constituti.
5 De praescriptione actionis exequutivae.
6 Fructus dotales non debentur solam matrimonio.
7 Quando debetur interesse.
8 Praescriptio non incipit ante natam actionem.
9 De interesse debiti ob extinctionem.
10 Interesse non potest excedere veritatem damni.
11 De praesumpta solutione dotis in mobilibus.
12 Devotio, ob quam raro completur praescriptio.
13 Mala fides impedit praescriptionem.
14 In anno debito non sufficit una praescriptio.
15 16 & 17 Mala fides debitoris nocet etiam haeredi, quodque hac proposito, ita generalis non sit tuta.
18 De distinctione super eadem conclusione.
19 Devotio, ob quam mala fides defuncti afficit haeredem.
20 Quando cessat, & haeres praescribat.
21 De differentia inter praescriptionem odiosam, & non odiosam.
22 Requiritur mala fides vera, non praesumpta.
23 Et an media in errante, vel dubitante obstat.
24 Quae mala fides requiritur per restitutionem fructuum.
25 De mala fide praesumpta, ut non obstat.
26 De limitationibus conclusionis, de qua num. 15.
27 Praesertim de illa in haerede beneficiato quomodo procedat.
28 De combinatione praescriptionis, & praesumptae solutionis.
29 De alio casu, in quo de eadem combinatione.
30 Et de alio casu, in quo de eodem.

D I S C. CXXXI.

U Sque ab anno 1568. inita fuit apoca dotalis pro matrimonio contrahendo, de anno 1572. jam contracto, inter Franciscum, & Beatricem, cum dote, partim in stabilibus, & in quodam censu cum communitate oppidi Pali, & partim, juxta sylvum, in mobilibus, seu corredo, quod in Urbe dicitur concionem; Cumque ad aliquos annos dictus census cum Communitate evictus esset; Hinc de anno 1642. Franciscus dictae Beatricis nepos ex filio, contra Capitulum Cathedralis, haeredem fratris dictae Beatricis iudicium assensitiae coram Ordinario instituit ad quaedam bona hereditaria dotantis, atque post aliquod intermedium silentium, causam resumendo, sententiam favorabilem reportavit pro maxima scutorum 700. circiter in forte, una cum fructibus decursis, & decurrendis, introductaque per appellationem causa coram A. C. in contumaciam, Capitulo ob negligentiam ejus procuratoris non defenso, prodiit sententia confirmatoria, quae ob appellationem in tempore non interpositam transitum fecit in iudicatum, habitaque notitia, & commissa causa restitutionis in integrum in Rota coram Emerico, datoque solito dubio, an constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, sub diebus 28. Januarii 1669. & 16. Junii 1670. favorabiles Capitulo prodierunt reso-

lutiones, negativè de prima parte, & affirmativè de secunda respondendo.

In his autem disputationibus habitis in Rota, duae fuerunt inspectiones; Una ordinis super nullitate, & injustitia sententiarum ad solum effectum tollendi rem judicatam, vel aperiendi locum restitutionis in integrum; Et altera super iustitia, seu meritis negotii principalis.

Prima inspectio plana videbatur pro hac parte, cum sententia esset nulla, ob incompetentiam iudicii assensitiae, quod ex veriori sententia complicatum est ex tribus diversis remediis, quae in jure habemus, nempe hypothecaria, Salviano, & associatione, ut bene advertit Rovit. in rubr. seu pragmat. 1. de assent. & habetur in sua materia sub tit. de judic. ubi de hujus remedii peculiaris in Regno Neapolitano natura, & qualitate; Cum etenim omnium dictorum iudiciorum fundamentum sit, vel hypotheca, vel clausula constituti, vel pactum de capiendi propria auctoritate, in his omnibus intrat praescriptio, vel decennialis, quae in tertio praesertim possessore respectu hypothecae, & constituti verius intrat, vel ad summum tricennialis, quae in pacto de capiendi requiritur, ex deductis in dicta materia; Ac propterea cum adesset lapsus annorum 70. circiter, certa videbatur hujus iudicii incompetentia, cum quocumque remedium quantumvis executivum, & privilegium per spatium 30. annorum praescribatur, ex deductis supra disc. 117. ubi advertitur, quod ad hunc effectum non intrat inspectio bonae, vel malae fidei, ac subductionis temporis vitae principalis debitoris juxta terminos textus in cap. fin. de praescrip. de quibus infra; quoniam, Aliud est praescribere debitum, vel actionem in substantia; Aliud verò praescribere iudicium, seu iudicis officium.

Aderat quoque injustitia clara ratione excessus, ob condemnationem ad fructus pro toto tempore usque ad praesens, quod juxta opinionem, quam inconculsa sequitur Rota, & Curia, subsistere non poterat; Quamvis enim ageretur de credito dotali, attamen illud ex dispositione textus in cap. subalter de usur. est fructiferum durante matrimonio tantum, cujus onera sunt loco requisitorum Juris cessantis, vel damni emergentis; Matrimonio autem soluto, remanet purum creditum dotale infructiferum, potissimè verò post mortem mulieris, cujus vita durante aliqua non improbabili dubitanti ratio cadit, ex deductis in sua materia sub tit. de dote disc. generali 161. & in pluribus discursibus particularibus.

Et quamvis in Tribunalibus laicalibus Regni Neapolitani, (data mora,) alla requisita pro interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, tanquam in regione, notoria reputata, particularem justificationem non exigant, ideoque passim fiat condemnatio ad interesse, dum fortius praesertatur etiam pro fructibus censuum quos ibi tertius dicit; Attamen Rota, & curia Romana, nunquam hanc opinionem canonizare voluit, ut advertitur pluries in sua materia sub tit. de usur. & interest. ac etiam sub tit. de censu. & dicto disc. 161. de dote.

Quatenus verò pertinet ad iustitiam, seu merita negotii principalis, de quibus actum fuit, tam in dictis disputationibus, quam etiam in aliquibus congressibus ordinatis ad concordiam; Duo erant puncti; primò, circa praescriptionem, seu aliam liberationem à debito in forte principali; Et secundò, quatenus verè aliquid in forte superesset debendum, an deberentur, necnè fructus, Et quoad primum cum summa residualis in forte per actorem petita constitueretur ex duabus partibus; Una scilicet illius ræte dotis, quae promissa fuerat in mobilibus, seu accionio, quod ibi corredo dicitur; altera pro subsequente evictione censuum assignati super dicta Communitate; super hac secunda partita planum videbatur bonum jus actoris, cum facta suppuratione temporis à die sequente evictionis, certum esset quod non accederet tempus ad praescriptionem necessarium, cum illud non currat nisi à die natae actionis ex vulgari regula text. in l. fin. C. de annal. praescrip. quod non valenti agere, non currit praescriptio.

Et de consequenti, resultabat etiam pro hac rata, decisio alterius puncti fructuum ad favorem actoris, non in ratione interesse pro credito pecuniario ob solam moram, sed in ratione damnorum, & interesse evictionis, sub qua veniunt sine dubio fructus rei evictae, quos ille, qui avictionem passus est, perceperit, si ea sequuta non esset, ut in sua materia sub tit. de emptione, & venditione, & est in jure planum.

Verum quia in facto supponebatur, quod ob notorias illarum regionum calamitates, hujusmodi census cum Communi-







MELEVITANA PECUNIARIA SEU DOTIS PROPETROGASSIAR CUM MARIA ARAGONA.

De exceptione præsumptæ solutionis deductæ ex lapsu temporis, & aliis adminiculis ad materiam textus in l. Procula, ff. de probat.

SUMMARIUM

- 1 Adh series.
2 Resolutiones cause.
3 De requisitis præsumptæ solutionis ad materiam text. in l. procula.
4 De eodem, ac decisionibus de hoc agentibus.
5 Quæ regula in hac materia dari valeat.
6 Statutum inductivum præscriptionis servit pro adminiculo.
7 In specie de credito dotali, & de distinctione qualitatis bonorum.
8 Pactum investimenti est adminiculum exclusivum præsumptionis.
9 De distinctione, an allegetur solutio agendo, vel excipiendo.
10 De casu præcisio controversie.

DISC. CXXXII.

In Nito matrimonio inter Petrum, & Marietnam, cum dote per Cæsarem sponsæ patrem constituta, partim in summa tradita, partim promissa infra certam dilationem, qua pendente, cum sequuta esset dicti Cæsaris mors in itinere clausse trilemium Religionis Hierosolymitanæ, & Petrus vir, cum præscripto mortis ab intestato, hæreditatem adierunt, detectoque postmodum testamento more militari in treremi, vel alio loco confecto, in quo Maria uxor & mater respectivè, instituta legebat, hinc dicitur nalis habita fuit super dicti testamenti validitate, qua demum ad favorem testamentariae fopitæ, Petrus, & Marietina contra eam, iudicium instituerunt pro solutione sibi promissæ dotis; Introductaque causa in Rota coram Albergato sub diebus 26. Junii 1665. & 15. Januarii 1666. favore conjugum prodierunt resolutiones, à quibus recessum fuit sub die 9. Aprilis ejusdem anni 1666. respondendo ad favorem reæ conventæ, atque prodit resolutio ex motivo solutionis, Reproposita verò causa sub die 1667. orta fuit quadam media resolutio favore Actorum cum reformatione priorum resolutionum, neque causa ulteriori progressum (quod semel) habuit; Vel quia concordata sit, vel quia Partes ultimæ resolutioni moderativæ acquieverint; Aut quod defensores mutaverit.

Ultra verò alios puncto ex dicto testamento resulantibus; In ultimis præsertim disputationibus, punctus controversiæ restringebatur ad solutionem ex parte hæredis debitoris allegatam, illeque duplicem habebat inspectio-nem, Unam scilicet pari facti super expressa, & positiva ejusdem solutionis probatione; Et alteram mixtam, facti scilicet, & juris, super præsumptione ad terminos textus in l. Procula, ff. de probat.

Quatenus igitur pertinet ad hanc secundam (in qua erant Advocatorum partes, cum super prima certamen solum esset inter causæ Patronos) pariter inspectio erat potius facti, quam juris, quoniam ut forte centies, ac centies in ista nimum frequenti, & quotidiana quæstione præsumptæ solutionis dicere consuevi, ac habetur sub tit. de dote disc. 67. & 68. Quamvis apud seniores super dispositione, ac materia dicti textus, plures disputatæ fuerint quæstiones super tribus requisitis, tam scilicet super taxa temporis, quam super requisito conjunctionis sanguinis, ac super altero styli revidendi, & solidandi rationes, cum similibus frigiditatibus, ex iis, quæ in hac materia habentur deducta, seu relata per Capyc. Latr. consult. 46. Attamen verius est, ut hujusmodi quæstio, certam, ac determinatam regulam non recipiat, sed ejus determinatio pendeat ex facti individui qualitate, ac singulorum casuum particularibus circumstantiis.

Conjecturæ autem, & adminicula, seu requisita ponderari solita per DD. atque relata apud Capyc. Latr. disc. consult. 46. & in hodie notoriis decisionibus 13. Affixi. 105.

Sardi, 124. Merlini, 86. par. 11. recent. cum similibus, ponderanda non sunt physice, & prout in dictis, ac similibus decisionibus, & auctoritatibus continentur, ut plurimum pro consuetu merè pragmatico inepto usa fieri vidi, quasi quod aliqua adminicula in uno casu admiffa, vel respectivè rejecta, in omnibus aliis generaliter in regulari debent, quoniam (ut frequenter in hac specie concluduntur, vel adminiculativæ probationis advertitur,) stant benè simul, ut in uno casu aliqua adminicula sufficiant, in altero autem, eadem, ac majora non; Sive quod in uno non sufficiat longum tempus, in altero autem etiam breve admittatur; Adminicula verò, seu requisita generalia in relatis auctoritatibus ponderata, deservire debent pro quadam norma, juxta quam prudens iudex suum arbitrium regulare debet, non autem auctoritates attendere in sola litera, vel formalitate.

Atque inter adminicula dicere consuevi, numerandum esse Statutum inductivum præscriptionis, de qua disc. præcedenti, in illis casibus, in quibus sola Statuti operatio non sufficiat, adeo ut recurrere oporteat ad præsumptiones & adminicula juxta dispositionem juris communis, quoniam istud Statutum, quamvis de per se non sit operativum, nimum tamen attendendum videtur, tanquam unum ex adminiculis, quasi quod ita statuentes pro moribus regionis declaraverint, quæ canonice incolæ non sint soliti exactionem negligere, ita enonizando diligentiam, quæ est unum ex requisitis; In reliquis autem, fabulæ species videtur, certam regulam desuper statuere, atque in solo puncto juris in abstracto hujusmodi quæstiones disputare, ac decidere cum doctrinis, vel decisionibus editis in diversis casibus, cum solum congruat istas inspicere, & considerare pro quadam lumine, seu norma, benè tamen combinando circumstantias facti concurrentes in casu, de quo agunt ad effectum dignoscendi congruam applicationem.

Potissimum verò, ut insinuatur dicto disc. præcedenti, ac etiam dicto disc. 67. & 68. de dote, in hujusmodi creditis dotalibus, in quibus frequentius ista quæstio haberi solet, eo quia inter conjunctos magis fiducialiter proceditur, respectandum est ad naturam, seu qualitatem debiti, an scilicet agatur inter nobiles, vel ignobiles, vel inter literatas, & idiotas, vel respectivè, an die illa parte dotis, quæ constituta est in pecunia in vestienda pro fundo dotali, five de ea parte, quæ consistat in jocalibus, & corredalibus, quoniam in prima specie majores cautelæ adhiberi solent, in altera vero fecus, dum frequentius sponsæ, ac domibus parentum, ac fratrum secum hujusmodi bona asportant, neque eorum affectionem negligunt.

Nimum quoque inspicendum est, an adfit conventio super investimento; Licet enim pactum investimenti remitti possit per dotantem, in cuius gratiam adjectum sit, adhuc tamen pro adminiculo exclusivè solutionis considerandum venit, ut advertitur sub tit. de dote ad materiam dotis confessatæ, & ad materiam Auth. res quæ, cum similibus.

Respectandum quoque venit ad effectum, ad quem hujusmodi præsumpta, seu adminiculativa probatio deducatur, an scilicet excipiendo, & ad liberandum, vel è converso ad obligandum, & pro viri obligatione ad restituendum, ut primo casu facilius, in altero autem difficilius hæc præsumptio admittenda veniat, cum similibus circumstantiis pro qualitate ponderandis.

In hac verò facti specie, ob brevitetem temporis, ac etiam ob supra enunciatam circumstantiam, quod vir omnia bona debitoris ex opinata intestata successione mortis possiderat, undè probetatur jure ejusdem consensionis actionum satisfactis videretur, adminicula non concurrent, atque ea, quæ in contrarium ponderabantur præsertim circa quassam extrajudicialis confessiones, ita præstantem circa quæ, Totum verò in effectu restringere remanebant aequi voca; Totum verò in effectu restringere remanebant ad factum, ex cuius circumstantiis ultima præsertim resolutio regulari fuit, ideoque iudicium in puncto juris in his controversiis pro veritate, non de facti eformari potest.

ANNOT. ADDISC. CXXXII.

DE præsumpta solutione vid. notata ad disc. 67. & 68. sub tit. de Dote ubi concordantes; Decisiones autem quæ in isto casu prodierunt, sunt impressæ parti. 14. recent. decif. 356. 382. & 458. & par. 15. recent. decif. 79.

URBINATEN PECUNIARIA VEL SALVIANI PRON DERUBEIS.

Responsum pro veritate.

De exceptione solutionis resultantæ ex fructibus pignoris prætiorii, seu per creditorem perceptis ex bonis, ad quæ in interdito salviani immiffus fuit; Et ante neatur etiam de percipiendis; Et quæ differentia sit inter pignus prætiorium, & conventionale, Et in specie, quid ubi agatur de domo, quam ipsemet creditor inhabitaverit.

SUMMARIUM

- 1 Adh series.
2 De questione an creditor inhabitans domum pignoratam, teneatur ad pensionem.
3 De differentia inter pignus prætiorium, & conventionale.
4 In prædiis urbanis quomodo regulentur fructus, & de fructuum distinctione.
5 De casu in quo domus fit opta, & solita locari.
6 De alio casu converso.
7 De actione de in rem verso.
8 De differentia inter pignus prætiorium, & conventionale pro suspensione usurarum.
9 De taxa fructuum legali quomodo procedat.

DISC. CXXXIII.

Cum Rubeus in interdito salviani immiffus esset ad domum debitoris, quam ipsemet plurium annorum spatio inhabitavit, orta est inter ipsum, ac debitorem controversia occasione calculandi fructus perceptos ex aliis bonis, in quibus eadem immiffus concessa fuerit, præterdente debitore bonificari debere fructus ad rationem valoris domus in proprietate juxta celeberram, ac receptam glossam in Auth. perpetua Cod. de Sacrosanct. Eccles. Et converso autem creditor præterdente ad nihil teneri, dum de facto nullo fructus perceperat, & ipsemet domum inhabitasset; Quare desuper pro veritate contestus.

Respondi quod licet ista specialis quæstio domus jure pignoris possessæ per creditorem, atque per eum inhabitatam, tractetur per Doctores in terminis pignoris conventionalis, atque diversas habeat opiniones derivantes à discrepantia inter gloss. vel Bartol. ejus revelationem, & Speculatore. ex relatis per Trentacium. lib. 3. var. cap. 7. Mantie. de tacit. lib. 11. tit. 8. num. 10. cum seqq. Galt. de cred. cap. 4. num. 996. cum seqq. Sardi. decif. 270. Ibi que Hodierni. in add. apud quos de materia.

Atque inter pignus conventionale, & prætiorium, notabilis dignoscitur differentia, quod creditor in uno tenetur etiam de percipiendis, in altero verò solum de perceptis, ut advertitur infra disc. seqq. Attamen ad hunc effectum ista differentia considerabilis non videbatur, quoniam minoris fructus perceptio resultat, in quo majoris, vel industria, & cura, sed ageretur de prædio urbano, quod de sui natura fructiferum non est, sed per accidens, quatenus scilicet locetur, undè propterea urbanorum fructus communiter dicuntur, undè propterea urbanorum fructus merè industriales juxta eas fructuum distinctiones, de quibus habetur sub tit. de dote disc. 160. & 168. Et sub tit. de benef. pluries, ac sub altero de pensionibus, hinc proinde, Aut prædium urbanum est habitatio destinatum, & locari solitum, & tunc fit creditor non locat, vel saltem non adhibet eas diligentiâs, quas quilibet, qui non fit fatuus, vel stolidus, adhibere solet, ut locetur, dicitur esse in dolo, vel in tali culpa, quod etiam in pignore prætorio præstanda est, ut in specie prædii urbani dicto disc. seq. & consequenter non intrat differentia inter prætorium, & conventionale.

Minusque altera, an creditor inhabitans teneatur ad pensionem qualitati domus proportionatam, vel potius ad quanti ipse fuisset impensus, ad quod ex magis recepto sensu Speculatoris, communis DD. opinio eum obligare videtur, cum id recipiendum veniat in altero casu, de quo infra, non autem in isto, ubi scilicet domus ex sui aptitudine, & consuetudine commodè, & cum tali quali non exquisita, sed ab omnibus usitata diligentia locari potuisset, cum tunc creditor teneri debeat, non actione, vel exceptione de in rem verso ut infra, sed de culpa tanquam ad

damna, & interesse; Atque aliâs quilibet creditor suffocando debitorem, qui promptam solutionis modum non habet, solitus inhabitare parvam, vel mediocrem domum, ita ad luxum, vel oblectamentum, supplantare possit debitorem, negligendo locare conspicuam domum, vel palatium, habitando per se ipsum cum ea modica pensione, quam solvere solitus erat pro domo parva, vel mediocri; Istud etenim est unum de consuetis Legitimarum æquivocis, vel ineptis, ita indefinitè intelligendis conclusionibus, vel doctrinis ad litteram pro quocumque casu, ac non distinguendo circumstantias pro congrua applicatione.

Aut verò prædium urbanum de sui natura non est aptum, neque solitum locari ut (ex gr.) sunt domus constructæ in villis, seu vineis; Vel est habitatio, & locationi destinatum, sed factis debitis, & consuetis diligentibus, ex temporum contingentiâ, vel alio accidenti non reperitur conductor pro justa, & consueta pensione, atque non expedit admittere conductorem pro minori, ne domus ex illa minuat, juxta diligentium patrum familias istum, tenendi potius per aliquod tempus domus vacua, quam minuendi solitam pensionem, quod influit in diminutionem valoris in forte principali, ac præsertim videtur præjudicium successivum, & perpetuum; Interim vero, circa affectationem, vel fraudem, ipsemet domum inhabitat ad ejusdem utilitatem, & meliorem conservationem, quamvis exinde in consequentiam resultat major commoditas, vel majus oblectamentum, & tunc in pignore prætorio, in quo (ut dictum est) creditor non tenetur, nisi de perceptis, sub quorum nomine veniunt illi, qui dolo, vel culpa lata percipi potuerunt, non improbabili ter gloss. & Bartolentiunt ad nihil teneri; Probabilius autem Speculator (cujus opinio majores habet sequaces) tenet, ut bonificari debeat quanti fuisset impensus pro pensione per eum solvi solita, aliunde actione de in rem verso, & ne detur locupletatio de alieno ad limites utilitatis, juxta ea, quæ de hac actione de in rem verso habentur supra disc. 72. Undè propterea si habeat domum propriam, quæ interim vacua steterit, atque ex quadam majori commoditate, vel oblectamento habitaverit domum debitoris, ad nihil teneri debet juxta sensum glossæ, & Bartol. quoniam ita in nihilo debitor damnificatus est, neque creditor in lucro burfali dicitur, sed solum in quadam majori commoditate, vel majori oblectamento; Ideoque videtur quæstio potius facti, quam juris pro facti qualitate, & circumstantiis prudenter arbitrio decidenda, non autem cum generalitatibus juxta consuetas ineptias.

Quamvis autem etiam in pignore conventionali (quoniam in eo principaliter,) DD. istam materiam tractent; Attamen in hoc magis circumspèctè procedendum venit, ob fraudem usurarum, cum ex mutuo prohibita sit quicumque accessio, quamvis pecuniaria non sit, sed oblectamentum, vel alterius utilitatis, vel commoditatis effectum concernat pro facti qualitate, ex cuius circumstantiis totum pendet, ut in sua materia sub tit. de usur.

Hinc proinde frequenter in hujusmodi controversiis inter creditores immiffos in salviano, & debitores, qui dictam immiffionem passi sunt, prætendentes reintegrationem ob satisfactionem sequutam ex fructibus, dicere consuevi, erroneum esse istam materiam regulare cum propositionibus, & doctrinis generalibus cuiuscumque casui adaptabilibus, cum verius sit, ut totum pendeat ex facti qualitate; Atque in specie ineptum censui aliquorum sensum procedendi cum taxa legali posita per receptam glossam in Auth. perpetua Cod. de Sacrosanct. Eccles. ad rationem quinque pro centenari, attento valore in forte principali, dum, ut dictum est, creditor non tenetur nisi de principali, Solumque cum dicta glossa procedendum videatur, quando consistit de perceptione fructuum in genere, nempe nolit dare notulam juratam, vel non possit apte non informatum, quia fit hæres vel successor; Aut quia sit principalis, sed administravit pignus, ac fructus percepti per ejus procuratores, & ministris, de quorum facto jurare nolit cum similibus, cum tunc recurratur ad istam taxam legalem, quæ tamen præsumptiva solum est, contraria probatione etiam adminiculativa elidibilis; Et consequenter ista pariter est una de solitis ineptis cum ista glossa generalem regulam statueret, cum totum pendeat ad facti qualitate, & circumstantiis pro locorum, & temporum conditione, dum in magnis Civitatibus, ob excrementum valorem bonorum, & pecuniarum affluentiam, bona stabilia ordinaria, vix detractis detrahendis, fructane qua-



quator, vel tria cum dimidio; Alia verò conspicua, vel jurisdictionalia multo minus; Ut sunt villæ, palatia, castra, & oppida, & similia; Et conversò autem in parvis locis, sive ubi pecuniæ tanta affluentia non habeatur, vel respectivè, in quibusdam bonis, quorum proprietates est modicæ durationis, atque periculo, vel consumptioni exposta, fructus est longè major dicta taxa legali; Ideoq; regula capiendâ est, ex qualitate bonorum, & usu communi loci, ex aliâ insinuata propositione, quod nunquam scilicet, seu præsumptio excedere potest veritatem, sed est ejus suppletio ideoque teneri non debet creditor, nisi ad id, quod ex facti circumstantiis desumatur verisimiliter perceptum esse atque ita in hujusmodi nimium frequentibus, ac penè quotidianis quæstionibus, fortè centies, ac centies, scribendo ad causarum defensionem, vel respondendo pro veritate, procedi debere, dicere consuevi, atque pluries praticavi.

ANNOT. AD DISC. CXXXIII. & ad DISC. CXXXIV.

**DE** Salviano, ejusque immisione contenta in his duobus discursibus habetur acti sub tit. de Judic. disc. 44.  
**ROMANA REINTEGRATIONIS PRO FRATRIBUS DE FONTANIS CUM ARCHICONFRATERNITATE CONFALONIS.**

*Causa decisus per Rotam ut infra.*  
De eadem materia exceptionis satisfactionis resultantis ex fructibus perceptis per creditorem immisissum in salviano, de quibus teneatur; Ac etiam de eorumdem fructuum valore, an scilicet creditor teneatur illos conservare, & vendere de tempore, quo carius vendi solent; Et an tam circa quantitatem, quam circa valorem scilicet eorumdem creditoris notulæ; & an hæc perneceffe debeat esse jurata.

**S U M M A R I U M.**

- 1 **R**esolutiones casus.
- 2 **D**ebitori, qui passus est salvianum competere reintegratio contra creditorem satisfactum.
- 3 **C**reditor immisissus in salviano tenetur tantum de perceptis, & de differentia pignoris conventionalis.
- 4 **Q**uando differentia inter pignus prætorium, & conventionale.
- 5 **Q**uando differentia inter pignus prætorium, & conventionale.
- 6 **C**reditor immisissus in salviano ad bona Ecclesie, non potest illa locare ultra triennium.
- 7 **D**e defectu notulæ juratæ creditoris.
- 8 **P**rædium urbane non sunt de sui natura fructifera.
- 9 **L**ocatio non probat valorem.
- 10 **D**e ratione.
- 11 **D**e adminiculo exclusivo culpe in creditore.
- 12 **A**n mala fides auctoris obstat successori in hac materia.
- 13 **A**n fructus excrecentes extenuent sortem in censu.
- 14 **A**n creditor tenetur conservare fructus, ut vendantur cariori pretio.
- 15 **N**on tenetur conficere librum.
- 16 **D**e eodem de quo num. 16.
- 17 **Q**uando creditor recusat jurare, quomodo fructuum taxa fieri debeat.

D I S C. CXXXIV.

**A**d domum Bernardini possessionem jure crediti per Papinianum pro quodam censu, immitti obtinuit Jo. Baptistâ creditor anterior ex causa alterius census in interdictio salviani, tam ad effectum obtinendi ex fructibus satisfactionem fructuum census decursum, & decurrendum, quam ut excessus cumulari, & deponi deberet loco cautionis, quam debitor præstare tenebatur juxta praxim, de qua apud Gregorium decis. 88. & in sua materia sub tit. de Censibus; Cumque tunc domus ad annum locata esset pro pensione scutorum 50. cum pacto, ut non facta disticta transferretur ad alium annum relocata, atque post annum mutato conductore, locatio pro creditorem pro minori pensione scutorum 36. facta esset, ita continuavit per plures annos, donec ipse vixit, deindeque ita continuavit pia societas, in quam titulo legati à creditore facti de censu, eadem domus devenit; Hinc fratres de Fontanis dicti Pa-

piniani hæredes iudicium reintegracionis ad eandem domum instituerunt ex fundamentis satisfacionis; Et introducta causa in Rota coram Taja, sub die 26. Februarii 1666. affirmativa prodit resolutio favore Actorum, ut calculandi essent fructus ad rationem antequæ pensionis scutorum 50. reposita verò coram Priolo, die . . . . . 1668. reformata fuit prima decisio, ut scilicet Jo. Baptistâ vivente, ita dictus calculus fieri deberet, abinde verò circa quod domus possessa fuit per locum pium, non nisi ad rationem pensionis verè perceptæ, atque in hoc statu ego non scribens in causa, per dictos actores pro veritate consultus fui, an prima vel secunda resolutio probatorie videretur.

Quare in responso desuper edito, duas constitutebam inspectiones; Primò scilicet, quomodo fructus domus calculari deberent, tam pro tempore, quo ipse principalis creditor immisissus, eam possedit ab anno 1630. usque ad annum 1652. quam dicto anno 1652. usque ad litem, in quo spatio possessa fuerat per locum pium legatum, in quo spatio possessa fuerat per creditorem, vel habentem causam ab eo, ex pensionibus domus excrecentibus fructus census, aliquid singulis annis remaneret, an id ipso jure extenuasset sortem, ita paulatim extinguendam, vel saltem ex tempore, quo aliqua notabilis summa consumata esset; Itaque ultimus punctus erat notabilior, dum ita impeditus fuisset cursus fructuum in futurum, quibus cessantibus certa erat satisfactio pro toto credito.

Verificata etenim satisfactio, de plano intrabat petitâ reintegratio, ex quotidiana, & recepta propositione, quod creditor in salviano immisissus ad effectum satisfacionis, di ex fructibus, postquam satisfactus esset, pignus retineat illudque debitori non restituar, spoliare dicatur ideoque intret dictum reintegracionis remedium competens tam contra creditorem immisissum, quam contra tertium ab eodem causam habentem Gregor. decis. 254. num. 1. ubi add. Merlin. decis. 317. num. 1. Orthob. decis. 137. num. 12. 178. num. 1. & decis. 201. num. 2.

Quatenus igitur pertinet ad primam inspectionem; Scribentes pro actoribus dicebant, ut fructus indefinite calculari deberent ad rationem scutorum 50. pro quibus de tempore immisionis locata erat, non autem ad rationem scutorum 36. pro quibus post annum creditor alteri locaverat, quasi quod creditor non potuisset locare pro minori pensione, ac propterea teneatur etiam de percipiendis eundemque censum respectu ipsius creditoris habuit Rota in utraque decisione, moderando solum in secunda resolutione rigorem primæ respectu tertii possessoris bonæ fidei, in quo non caderet ex ratio culpæ diminutionis, quæ in ipso principali creditore, atque in hac moderacione actores, eorumque defensores dicebant se gravatos, quasi quod idem, quod procedit in creditore, procedere debeat in successore ab eo causam habente.

Mihi verò visa est dubia actorum conqueatio, quodque eis Rota tribuisset plus, quam ego dedissem, dum etiam ipse principalis creditor ad aliud teneri non debebat, nisi ad perceptas pensiones, ex conclusioe insinuata disc. precedenti, quod creditor pignoris prætorii non tenetur nisi de perceptis, vel de iis, quos dolo desit percipere ad tenentem in l. Prætor alit in principio ff. de bon. auctoritate Judic. possid. & in leg. 3. ff. est prætor ff. eodem, in quibus constituitur differentia inter pignus prætorium, & conventionale, ut ex conventionali indèdnti creditor teneatur tam de perceptis, quam de percipiendis, ex prætorio autem teneatur solum de perceptis, sub quorum nomine veniant illi, qui ex ipsius creditoris dolo percepti non sint, cum percipi potuerint, & advertunt Speculat. tit. de primo decret. §. jam de effectu num. 13. Alex. cons. 141. num. 13. lib. 5. & alibi apud Sard. decis. 270. num. 1. & 9. Rota in Romana consensu 13. Martii 1651. coram Peutingero, & in aliis.

Et quamvis Pacifico, de Salv. in spec. 4. cap. 1. num. 151. & segg. involvendo terminos doli, & culpæ sive istius species non bene distinguendo, indefinîtè condemnent possessorem pignoris prætorii ad illos, qui ex culpa percepti non sint, atque pariter circa istam culpam se involvat Merlin. de pign. lib. 5. quest. 45. num. 51. cum segg. ac aliqualiter indigētē idem dictum fit per Rotam decis. 243. num. 20. part. 11. recent. ubi simpliciter negligentia ponderatur, ex originali sensu glossæ in l. in venditione, §. quis quis fructus verbo ex culpa ff. dicto tit. de bon. auct. Judic. possidend.

Nihilominus id mihi videbatur continere æquivocum, quo,

quoniam superius allegata jura in pignore prætorio clarè loquuntur de dolo tantum, qui tamen restringendus non est ad verum, & positivum, sed attendendus etiam est præsumptus, vel improprius, qui sub culpa lata inefficax dicitur, non autem, ut quæcumque culpa etiam leviss. (qualis in negligentè, vel diligente non agentis) attendi debeat; Id enim procedit in pignore conventionali, non autem prætorio, quoniam aliàs nullâ differentia inter istas pignorum species dignoscetur, quod est loqui de directo contra textum claros contrariis expressè disponentes; ita unum creditorem ab altero distinguentes, ut unus teneatur de dolo, alter verò de culpa.

Ex ea probabilî ratione differentia, quod in pignore conventionali inefficax mandatum, quod creditor suscipit à debitori super bona cultura, & administratione rei, quæ sibi pignori datur, & consequenter mandatarius tenetur præstare culpam etiam levem quinimo juxta unam magis rigorosam opinionem, etiam levissimam in committendo ut alibi pluries advertitur; Istud autem mandatum in pignore prætorio, licet addit ad quosdam effectus, adeo ut nomine, ac vice debitoris ipse locare, vel colere, ac fructus percipere dicatur, ut advertitur præsertim sub tit. de locato disc. 38. occasione firmandi, quod creditor in salviano immisissus ad bona possessa per Ecclesiam, non potest ea locare ultra triennium contra dispositionem extraneo. Ambitiose de reb. Eccles. non alien. Attamen cum non sit mandatum conventionale, non est ita mordicus, ac rigorosè capiendum.

Atque aliàs ita non fuisset simplex ejusdem creditoris notula, quam recepta praxim admittit sufficere debere, ut apud Orthob. decis. 226. num. 5. Cell. decis. 350. num. 15. & frequenter, Cadente solum quæstione an teneatur jurare, necne, ut infra.

His ita positis, quod scilicet in creditore possidente pignus prætorium requiritur doli verus, vel præsumptus oriens ex culpa lata; Dicebam quod etiam secunda decisio plus tribuebat actoribus, quam mihi tribuendum videretur, quoniam nisi tam vehementia præberetur administratio, quod secunda locatio pro minori pensione, affectatè, & collusivè facta esset, doli in dubio non est præsumendus, neque creditor ad aliud teneri debet, dum prædium urbana non sunt naturaliter fructifera, sed per accidens locatus teneatur ex deductis apud Orthob. dec. 193. num. 8. & 9. decis. 95. num. 4. post Merlin. de pign. & frequenter, ideoque, nisi constat quod potuisset commode pro quemcumque possessorem pro majori pensione locari, ad aliud venditor non tenetur, nisi ad bonificandum id quod percepit.

Neque placebat fundamentum primæ decisionis, in hac parte per locum approbatæ, quod de tempore immisionis adest iniquitas pro majori pensione, & cum obligatione faciendi distictam, quatenus continuare nollit, cum conventioe renovacionis pro alium annum, quoniam recepta propositio est, quod unica locatio non probat valorem, vel fructuum quantitatem ex deductis apud Gregor. & add. decis. 201. Buratt. & add. decis. 253. & habemus receptum in materia beneficii in proposito probationis valoris, ut sub tit. de benef. discurs. 90. & alibi, ex ea ratione, quod in aliquo iniquitate adest potest accidentaliter majus pretium affectationis; Vel (ut frequentius praxim docet) quod esset solutio minus idoneus, ideoque facilis ad promittendum id, quod non esset soluturus, ex vulgari dicitur, quod de facili se concordat, fenerator, ac debitor minus idoneus, ideoque magis expedit habere tutum, & idoneum conductorem pro minori congrua pensione, quam minus idoneum, & non tutum pro majori.

Magnam verò impressionem pro exclusionè doli apud me faciebat ea consideratio, quod pro tempore præcedenti, domus locari solita esset pro minori pensione; Et fortis quod per plures annos penes locum pium, in cuius administratione non cadebat illa suspicio fraudis, & collusionis, quæ forsitan cadere potuisset in ipso principali creditore, immisso, ita continuatum fuerat plurium annorum spatio.

Hinc proinde, differentia, quam posterior decisio constituit, inter ipsum principalem creditorem, & locum pium successorem, mihi non placebat propter dilemma clarum, quod; Aut in primo creditore non constabat de dolo, vel culpa lata super pensionis diminutione, & distictio inanis remanebat; Aut constabat, & tunc ef-

fectus insinuat etiam in locum pium successorem ab eo causam habentem, quamvis ipse pium locus in bona fide versatus esset, quoniam quidquid fit de puncto, an, & quando mala fides auctoris potest successori ex deductis supra disc. 130. punctus non est in mala fide, quæ successori afficiatur, sed est in eo, quod idem auctor ratione dolo, ac malæ administrationis teneatur debitori ad damna, & interesse, quorum loco succederet dicta antiqua major pensio, quæ habenda esset pro percepta, non curata persona possessoris, & an hic in bona, vel mala fide versatus esset, cum debitor ita contendant de sui debiti extinctione, cum illis fructibus, qui quoad eum pro perceptis habendi sunt, ideoque dicta distictio, vel non sufficiebat, vel non erat necessaria, cum non ageretur de condemnando pium locum ad restitendum de proprio id, quod non perceperat, sed de inducendo extinctionem debiti, in quo plus locum representabat creditorem, ideoque omnia quæ auctori obstant, ipsi quoque obtineat debebant contentendi de lucro captando legato, non autem de evitanda damnum in bonis propriis, & ad effectum considerationis secunda decisionis rectè procederent; Et consequenter (ut lapsè contingit), fallacia non erat in conclusionibus, sed in applicatione.

Quo verò ad aliam inspectionem; Ea superflua remanebat, quoniam ita cessabat in facto excrecentia fructuum, qui singulis annis cumulari, vel imputari debuissent; Et nihilominus ubi etiam aliqua excrecentia adest, adhuc tamen cum fors census ex parte creditoris sit mortuus, & irrepetibilis, nisi declaratio debitoris accedat, ut accedebat in casu de quo in decis. 250. coram Celso, non intrat compensatio ex alibi deductis hoc eodem titulo, & in sua materia sub tit. de cens. Verum id fomiter examinare non oportuit, ex laudabili Curie stylo abhorrendi superfluas quæstiones juris, ubi factum non assistit.

In ista verò frequenti, & quotidiana materia salviani, super qua integrum volumen conscribi potest, si eadem petere liceret, plures disputavi præsertim in una Neapolitana pro Stephano Pignatello, cum Francisco Planetta, an posita quantitate fructuum mediante notulla jurata, vel alia justificatione, teneatur creditor se habere more diligentis patris familias in eorumdem fructuum venditione, illos conservando, ut hyberno, vel alio magis congruo tempore, cariori pretio venderentur; Atque in hoc pro ratione dubitandi deducebantur ea, quæ habentur apud Cellum decis. 225. num. 9. ubi in specie de fructuum venditione, Verum dicebam ea nihil facere ad causam, cum ibi agatur de tutore, vel alio administratore, qui more diligentis, & quandoque etiam diligentissimi patris familias se gerere debet, quod non procedit in creditore, ut occasione agendi de puncto, an ipse tutor teneatur conficere librum, eomodo quo tenetur curitor, vel curator, habetur per Rotam in firmata seu Maceraten. doris 10. Decembris 1627. coram Pirovano, ubi deciditur negativè, ac refert, & sequitur Post resol. 5. m. 10.

Magis autem stringere videbatur specialis auctoritas Merlin. de pign. lib. 5. quest. 45. num. 61. cum segg. ubi creditorem ad id obligare videtur; Verum dicebam (etiam in sensu veritatis) ut huic auctoritati deferendum non esse, quoniam cum aliquo æquivoco loquitur cum sensu Bart. in l. Cod. de distract. pign. qui loquitur de creditore percipientem fructus ex pignore conventionali, qui tenetur etiam de percipiendis, ac de majori diligentia ratione suscepti mandati, juxta distictionem, de qua supra, ideoque æquivocum est clarum, capiendum quo pro uno (ut esse frequenter vitium Collectorum); Sibi enim imputet morosus debitor, cur proprium debitum non solvit, sed passus est pignus prætorium, quod non obligat creditorem, nisi ad dolum, vel culpam latam.

Ubi verò creditor, justam habeat causam, satisfaciendi recepto stylo præstanti notulam juratam, qua nempe sit hæres, vel successor, vel percipiet fructus medianibus ministris, unde propterea incertus sit de vera quantitate percepta, ideoque nolit se exponere periculo perjurii, quomodo taxa fieri debeat, insinuat aliquid dist. precedentis, ac etiam alibi per quamdam assimilationem taxæ ex Judicis prudenti arbitrio faciendæ contra administratorem in juramento in litem, sed longè magis benigne, & cum majori moderacione ad proportionem diverfitatis rationis; Reflectendo etiam nimium, an renuentia jurandi, habeat necne justum motivum, ad effectum inspiciendi, an veretur in malitia, vel è contra.

C AN.